



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



6

1-f

35



Lecc. 29-32 bianche di restauro


Altri esemplari  
collocati:

6.1.D.40

32.8.H.35

F. Nink  
28.5.02

6-1.I.3







# INTRO

DVCTIO IN CHALDAI

cam linguā, Syriacā, atq; Armes  
nicā, & decē alias linguas.

**CHARACTERVM DIFFEREN**

tiū Alphabeta, circiter quadraginta, &  
eorūdem inuicem cōformatio.

**MYSTICA ET CABALISTICA**

quā plurima scitu digna. Et descriptio  
ac simulachrū Phagoti Afranij.

**THESEO AMBROSIO EX CO**

mitibus Albonesii. I. V. Doct. Papien.

Canonico Regulari Lateranensi,

ac Sancti Petri in Cælo Aureo

Papiz Præposito, Authore.

**M. D. XXXIX.**

**C** Linguarum vero, & Alphabetorū no-  
mina sequens pagella demonstrabit.



Goog



10.7.6

**¶ Nomina Linguarum, & Alphabetorum, de quibus in hoc opere fit mentio; & eorum numerus.**

Chaldæorum. 3.	Dalmatarū. )
Samaritanorum. 3.	Ithyricorum. ) 2.
Assyriorū. )	Indorum. 2.
Syrorum. ) ) 3.	Armeniorum. 1.
Phœnicū. )	Vuandalorum. 1.
Hebræorum, computatis	Virgilij philosophi. 1.
his quę ab alijs ponū-	Apolonij Tiane. 1.
tur. 10.	Hieroglyphicum. 1.
Aarabum. )	Babiloniorū. )
Punicorū. ) )	Erithreorum. ) 1.
Perfarum. ) ) ) 1.	Saracenorum. 1.
Tartarorū. ) ) )	Aegyptiorum. 1.
Turcarū. )	Ætruscorum. 2.
Latinorum. 1.	Gotthorum. 1.
Græcorum. 3.	Hiberię magnę. ) 1.
Iacobitarum. )	Georgianorū. )
Cophitarum. ) ) 2.	Incognitum. 1.
Macedonū. )	Magi Spoletani
Missiorum. ) )	Characteres in
Bulgarorū. ) ) ) 1.	vno complexu.
Seruiatorū. ) ) )	
Rufiorum. )	

**¶ Quamplurima alia diuersorū generum alphabeta, adhuc seruant, alio tempore publicanda. Si ista placuisse visa fuerint.**

THESEVS AMBROSIVS EX COMITI-  
 bus Albonesi, & Palatinis. Lomellen. I. V. Doctor,  
 & Collegij Dñorum Iudicum Papiæ, in præsentia  
 Consul, Canonicusq; Regul. Lateranen. ac Sã-  
 sti Petri in Cælo Aureo Papię Præpositus.  
 Reueren. Domino Afranio Canonico  
 Ferrarien. Patruo Suo. S. P. D.



BIBLIOTECA NAZ.  
 ROMA  
 VITTELLO EMANUELE.

**S**Olem istum visibilem, Afrani Patruę Reuerende, quę  
 corporeis oculis, magnum Phœbea sua face illustrare  
 cernimus mundum, veteres cum Theologi, tum Phi-  
 losophi, scite pariter ac docte, nihil aliud omnino esse, quã  
 veram ac expressam solis illius, qui intelligentia & ratione  
 comprehenditur, ( si dicere fas est ) imaginę, dixerunt. Pro-  
 indeq; quemadmodum Sol ille temporum dux ac mode-  
 rator, in magno, varietate distincto atq; lucenti, ( quę Græ-  
 ci *κόσμος*, vocant ) mundo, in varijs quoq; & diuersis tem-  
 porum cōditionibus, multiformiq; eorūdem statu, varios  
 etiam, ac monstrosos sæpenumero igneo suo, atq; viuifico  
 calore producit effectus. Eodem modo Sol hic mirabili  
 quodam ac latenti modo, in microcosmo isto, in varijs di-  
 uersisq; temporibus, ac sæculis, varia ingenia, nouas atq;  
 inauditas ingenij & intellectus educit operationes. In prio-  
 ribus namq; sæculis, ad liberales, quas vocant, artes. Astro-  
 logiam. s. Grāmaticam, Rhetoricam, Dialecticā, Geome-  
 triam, Arithmeticā, Musicā. Cæteraq; alias mœchanicas,  
 ad vsum tamē hominis, cum vtilēs, tum necessarias artes, in-  
 ueniendas, hunc excitasse quā plurimos videmus. Mercuri-  
 um quoq; ( vt Seth filios cæterosq; taceam, & à conten-  
 tionibus



tionibus omnino discedā) ad literarū nouos characteres  
effingēdos. Tubal, Lamech filiū, patrē canentiū Cythara,  
& Organo, ad Musicā. Pythagorā deinde ad ipsius Mu-  
sices harmoniā cōcinnandā suscitasse legimus. Eadem vis,  
idē calor, eadē Dei oīpotētis gratia, tēpibus istis me mouit,  
vt veris Chaldæorū literis mō cōpertis, Armeniorūq; p-  
prijs literarū notis, atq; figuris inuentis, illas in p̄sentia, vnā  
cū differentibus multarū aliarū gentiū characteribus, & eo-  
rū inter se cōcinnatā harmoniā, & mutuā (nec haftenus  
à quoquā tentatā) clarāq; cōformationē, pro cōmuni stu-  
diosorū vtilitate in lucē darē. Vt in libello nostro latius vide-  
ri poterit. Q uē multis varijsq; de causis ac rationibus tibi  
mittēdū cēsiui. Nō quidē tantū ob strictū cōsanguinitatis no-  
stræ vinculū, ac mutuā inter nōs beneuolentiā. Q uātū ob  
studij inuentionisq; tuæ pariter ac meæ similitudinē. Q uā-  
do tu inuētor es, & ego quoq; inuētor. Tu noui & non  
amplius visi, singularis Musicę facultatis Organi, qd' Pha-  
gotū vocas, de quo plura alibi dicent. Et ego p̄sentis no-  
uæ & vtilis cōsonatiæ, ac variarū linguarum & characterū  
differentiū harmoniæ. Merito igitur τὰ ὀμοια καὶ τὰ ὀμοιομερῆ  
τοῖς συμβέλοισι, (vt in prouerbio est) mittuntur. Tu vero ea  
frōte, qua me a semp̄ solitus es, illū accipe. Et si tardius quā  
speraueras, & frequētibus literis tuis efflagitaueras, ad te for-  
tasse venit, noli mirari. Q uādoq; à labyrinthis sese am-  
bagibus, aliquorū opera vix etiā nūc extricare potuerit. De  
buisset sanè liber iste ante Herculis Estensis, Inclyti Ducis  
tui cōspectū se representare, si qdē vtscis, & sequens Franci-  
sci Scæuolę Epistola insinuat, in florētissima atq; peccatissi-  
ma illius Vrbe Ferraria. Et sub tantū Principis foelicissimo  
Imperio

Imperio initiū sumpsit. Verū quia Patrū meorū iussu, Ciuitatē illā, natura ipsa & situ, & ædificiorū descriptiōe, atq; pulchritudine nobilissimā, tranquillā præterea, relinquere, & in infœlicē patriā redire, ac Papiā tot papæ procellis, tempestatibus, naufragijs, ruinis, incendijsq; paulo ante percussam, atq; penē funditus euersam, incolere coactus sum, optatū sibi finē sumere non potuit. Hic vero multis, ac varijs agendarum rerum, & officij mei morantibus tricis, ac ob necessariarum ad impressoriam artem rerum penuriam, & alijs hincinde emergentibus atq; pullulātibus in dies causis admodum impeditus, vix tandem ad eam quiuī contendere metam, vt hodie à libri impressione chalcographi manum retraherem, Propterea libellus ipse, quoniā ex ea nūc vrbe, quæ vix vrbis faciem adhuc, post tot susceptas clades, recuperare incipit, nudus ferè, ac nuptiali veste, dicendi. s. lepore atq; facundia minime ornatus, exit. Ad regales tantū atq; talis Principis nuptias venire non audet. Ne forsā importuno tempore, non vocatus, & incomptus accedēs, cū ignominia, & plagis insup impositis, repulsam ferat. Proinde tu, qui à teneris annis, in illorum Principum aula nutritus es, & horas adeundi, & quæ ad eorum faciāt stomachum, optime cognouisti. Cum librum tam multa linguarū diuersitate, & multigena characterum varietate refertum, acceperis. Si tam excelsi Principis adire præsentiam non indignū fore censueris, & gratum quoquomodo futurum iudicaueris. Fac vt lubet *καὶ ὡς ἐπιταίσ*. Insuper & me, & religionē meā Excellētissimè. D. S. cōmēda. Tu quoq; interim Ambrosiū tuū vt solitus es ama. Vale, ex Cælo Aureo Papiæ quintodecimo Kal. April. M. D. XXXIX.

Franciscus

FRANCISCVS SCAEVOLA SPO:  
letanus candido lectori. S. P. D.

**I**nguētibus bellorum procellis quæ totā fermè Italiā  
deuastarunt, Theseus Ambrosius ardentiss. Augustini  
placitis mancipatus statuerat post Ticini direptionem  
(vbi typorum naufragium pertulit) urbem incolere, vnde  
velut ab arce armorum tonitrua, ac fragorē impavidus aus-  
dire posset. Fluctuanti casu Ferraria contigit, vrbs omnīū,  
quę in Itala plaga radiant, munitiss. siquidem per gamis cir-  
cūdata, nec non latiss. fossa tormēta sacra, simul & propa-  
na contemnit, cui rei argumento sunt innumere clades tot  
annos per Italiam debacchatæ, quarū tñ expers Ferraria,  
fuit. Adde q̄ hodie hæc sola ab Astrea, quæ Principum ini-  
quitate in cœlum, heu, recessit, prospectat, enimvero si su-  
peris terrena cordi forent, non alium credo locum, in tota  
mundi periodo, deligerent, atq; diligerēt, hic equidem plea-  
no copia cornu ridet, ad blanditur fortuna permanens hic  
stabilis, hic pax alta, & tranquilla quies, nihil enim ita exagi-  
tatum, lacerum, turbulentum, q̄ Ferrariæ non resipiscat,  
porro omnibus attritis Ferrariēses viuūt aurea secla, iccirco  
Maronianum illud non minus vere, quam scite de ea  
concini potest, ω patria, ω diuū Domus Ilium. quę omnia  
ex Principis dūtaxat bonitate pueniunt. At qui Hercules  
plane ἀλεξίνοστος, vt impendentia mala ppulsat, sic bona cū-  
cta coaggerat, oues non deglubit, sed induit, neminem har-  
pagat, ditat quotidie plurimos, & vt verum fatear, sub hoc  
tātum Principe degere iucundū est, Priscos Dynastas im-  
perando sequitur, & assequitur, quippe iustitia Aristidem  
æmulatur,

æmulatur, agit Phociona temperantia, exscribit liberalitate  
 Gilliam Agrigentinū, comitate Artaxersem præferit, pru-  
 dentia Cunctatorem, Dictatorem rerum peritia, ob quas  
 animi dotes eis suggerit imperia Iuno. Nāq; amplitudine re-  
 gni utrūq; fretum attingit, alit florētem populum ἀφροδίτη,  
 Pallas tuetur arces, qua re illud Sophocleum identidē im-  
 murmurat, Iupiter mihi præest. Herculis igitur hospitio fo-  
 tus Theseus Chaldaicos penè ignorabiles characteres cū  
 Armenicis, & quampluribus alijs, seriatim cudit, & ceu po-  
 tiunculam quandam candidatis instillat ad cōmunē utilita-  
 tē. Quippe præsci illi inimitabiles in summa laude ponebāt  
 mores plurimorū, & ciuitates nosse, sic Vlysses πάλυτρωτος,  
 vatum Coryphæo canit. Præterea si sermone tm̄ à brutis  
 distamus, quo carentia illa nequeunt rōem suā propalare,  
 qd est quod noctu, interdiumq; non sat agimus linguā excu-  
 dere, ut facundi videamur? Prædicāt Ennium tria habuisse  
 corda, q̄ Osce, & Volscæ, & Latine fabulabatur, nos hunc  
 cordatorē iure vocitabimus, q̄ diffitas linguas pcalluerit,  
 quiq; ignoratum hæctenus idioma profiteatur. Proinde si  
 est homo elinguis in aliena lingua, tu qui abusq; Indis mer-  
 ces auehis, compendiososum opusculum pellege, nāq; tan-  
 tulo Duce trans Gargara, transq; sonantem Oceanum tu-  
 tus transilies, versaberis inter extimas gentes tu quoq; miles  
 facundo linguarum cōmertio, ijs quoq; elementis recludunt  
 adyta Christianæ veritatis, cū δ'ιοι κνωστω, Antiochiæ isdē  
 abutatur, nimirum Ambrosiā porrigit Ambrosius. Qui  
 penitiora mox dabit, ni hæc qualiacunq; fuerint præmissa  
 (q̄ dii omen obruant) displicuerint. Vale.

Ad lectorem

Ad lectorem, Theseus Ambrosius.

**Q**uemadmodū Atheniensis ille Theseus Aegæi Regis filius ( vt veterum testatur historiæ ) labyrinthos anfractus exire, & immanis ora mōstri oppilare, humanoq; sanguine pollutas Minotauri fauces euadere icolumis nō potuisset, nisi prius, Dedalo operāte, Ariadnes amicitiam sibi conciliaffet. Eodem etiā modo tu candide & amice lector Thesei Ambrosii multiformis linguę harmoniam comprehendere nō poteris; nisi prius pagellam hanc tibi amicam feceris. Proinde si cupis literarum istam variarū labyrinthum, singulosq; eius reflexus, & multiplices ambitus, Theseo ipso duce facile introire, & quę ad intelligendum sunt necessaria, vt euadere queas instructus, agnoscere. Correctionum tabulas in fine operis positas, imprimis tibi familiares facito. De hinc in primo libelli vestibulo, clauum figito, idē filum ducito, & ad quintam Chaldaici alphabeti cum perueneris literam, scito, illā He. vocari. Et quia lenis aspiratio est, in hoc ideo opere, ꝑ vnicam aspirationem, nō modo in Chaldaico, verum etiā Samaritano, Hebræo, Punico, & Indorum alphabeto notari. Quo cognito vltius prodire non cessans, ad octauum elementum fila contrahe, quod ab alijs. Cheth. appellatur. Et quia gutturalis litera est, nō pallati, & fortis aspiratio existimatur, eam ob causam cum duplici semper aspiratione insinuari. Cum vero ad decimum septimum alphabeti peribolum perueneris, Ain ob oculos protinus habebis, quorum omnino aciem minime offendat, quod non per geminum, aa. exprimatur, scilicet vt quidam Aain, vel Hain,

Hain, cum aspiratione, vt alij. Sed per. g. & Gain, vt plurimum appelletur, atq; in eius locum semper ferè maiorum exemplo. g. litera substituatur. Diphthongi præterea illæ *eu*, & *eu*, cum latino. u. in literis latinis semper scribuntur, quæ maiores nostri Augustum, Eudoxū, Eumenidas, & alia, id genus per. u. non Aſguſtum, Eſdoxū, Eſmenides, per. f. scripserunt. Rationem consideret is, qui nouit quæ. φ. vel. f. ἐν συλλαβῇ ἢ ἐν διατάσει, cum talibus similibus ve consonantibus stare possit. Cæterum quoties externæ dictiones, præsertimq; Chaldaicæ, latinis literis exprimuntur, & dh. aspirationem habet adnexam, tunc Chaldaicū Dolad, rubro sub signatur puncto. Contra vero, rubenti in capite litera signo notabitur. Idem prorsus cēsendum est de Coph, & Thau, tenuibus vel aspiratis. c. videlicet & t. Nā tenuis rubro signatur vertice puncto. Aspirata capit roseum sub petine punctum. He. litera, cum in capite pūctū habet, p. o. propè semper profertur, & fœminini generis inditium est. Zain, quia prolationē lenē requirit, per vnicū. z. representat. Zzode vero, vel Zadich, quoniam fortem exposcit in prolatione enunciationem, vt Punicorum, Armeniorūq; pronuntiatio in Chaldaica, & Hebraica litera euitetur, per duplex. zz. non per. tz. scribitur. Reliqua omnia cogniti per facilia sunt. Ista si diligēter obseruaueris, facile è labyrintho victor reuerteris, & tutè per orbem vniuersum ambulabis.

¶ Ioannes Stancarius Ferrariēn.

Ara Panomphæo vetus est si sacra tonanti.

Quod linguæ & vocis sentiat omne genus.

Sacra Panomphæo tibi erunt altaria Theſeu,

Qui linguæ & vocis nos genus omne doces.

b

¶ Bartholomæi

¶ Bartholomæi Fumi, Villaureñ. Placentini, Prædicatoꝝ  
Ordi. hereticęq; prauitatis Inq̄sitoris, i opus carmē.

Grata Pales̄tini transmittunt balsama colles.

Thura Sabęorum rura peruſta ferunt.

Semper flore virens ſapidum mel donat Hymettus.

Vitiſer atq; merum dulce Falernus habet.

India fert Hebanum, mittunt ſua vellera Seres.

Et Padus, & Ganges aurea dona legunt.

At pater Ambroſius toto celebrandus in orbe;

Linguarum egregie nunc genus omne refert.

Hic Arabum libri, populorum elementa pateſcunt,

Normaq; diſcendi cum breuitate datur.

Huic operi ſtudeas, linguarum ſi genus omne

Scire cupis, paruo tempore doctus eris.

Perge liber, quo? quò libeat, num tutus abibo?

Tutus eris, tutum docta Minerua facit.

¶ Fratris Euphemij Minoritę Epigrāma, ad lectore, de  
D. Ambroſij Albonęſij Panomphęo libello.

Si quę ſcire cupis, fuerint commertia lingua,

Antequam ab ogygio merſerat imbre ſolum;

Et quem poſteritas ſcribendi inuenerit uſum,

Quę ve hominum ſcriptis lingua notata prior,

Docta Panomphęi hæc teneas documenta libelli,

Sic ſcribes hominum, priſcaq; verba leges.

Et ſic Romanus, ſermone videbere, graius,

Medus, Idumęus, Lybs, Afer, Indus, Arabs.

¶ Alphonſus

**CA**lphonsus Fontanella Regiensis.

Non te immortalē Rex ingens Pontice sceptrum  
Reddidit, at virtus te super astra tulit.

Profuerat nil magnis honos, nil regna, fuisset

Ni virtus, frustra nam tumor omnis erat,

Sic nunc doctiloquus tua per vestigia gressus

Ambrosius dulci dulcior Ambrosia.

Nec tibi nec nostris in nostras protulit oras

Cognita phœbeo lumine clara magis.

**CO**lloannis Euāgelistæ Arpinatis ad lectore,

Europam atq; Asiam & Lybiam peragrarē viator,

Quisq; cupis, lateat ne tibi lingua pio

Quolibet, ut claro valeas sermone profari

Gentibus ignotis, hic tibi munus erit.

Hunc cape per placide toto rarum orbe libellum,

Quo duce, præpositum perficietur iter.

Muneris Authorem Ambrosius se præbuit huius,

Ex quo nectareum nil nisi, melle fluit.

**CM**. Antonius Victorinus Romanus.

Cadmæi laticis magnusq; nouusq; repertor,

Quo duce, quæque suas lingua habet vna vias.

Et quid in hæc maius defertur tempora, cum tot

Nectareus titulos inuenit Ambrosius.

Hoc de te cantet latium, patriusq; Ticinus.

Dum loqueris, certe hæc cælitus aura fluit.

b ii

**CM**. Antonius



**CM. Antonius Boba Casaleñ.**

Affyrias petit hic oras per mille peticla,  
Affyrio possit quo bene more loqui.  
Atq; alias partes alius petit, & freta sulcat.  
Omnia, sic linguas calleat vt varias.

Consuluit tantis hominum sudoribus, atq;  
Hunc illis librum condidit Ambrosius.

Paruus inest labor hic, nulla hic discrimina, tutum  
Hoc mare, sulcantes per vada iuta vehit.

Adde quod & linguas potes hinc ediscere cunctas,  
Quas & Sol Oriens nouit, & Occiduus.

Ergo quisquis amas hominum cognoscere linguas,  
Parce viæ, atq; nouum sume opus Ambrosii.

**CDionysii Zanchi Bergomatis, Canonici  
Regularis Lateranensis, carmen.**

Quod modo per terras omnes, perq; alta petebas.  
Aequora, id exiguo codice lector habes.

Quod genus vllū hominū, qd' non tot sc̄cla tulere,  
Hoc tibi nunc vnus tribuit Ambrosius,  
Ambrosius Ticini, & coetus lux maxima nostri  
Virtute, & multo nobilis ingenio.

Ifelix, i maeste animo Pater optime, tanto  
Munere tu diues lector amice, Vale.

**CAugusti Bottæ Rouescalensis carmen asclepiadeū co-  
riambicū, cui percunctāti Echo annuit.**  
Ecquid sit latij fare iubar? iubar.  
Echo sacrum opus hoc ædepol est? pol est.

**Antantum**

An tantum specimen fama serit? serit.  
 Terrarum ne plagis omnibus? omnibus.  
 Hic num Mellificant forsan apes? apes.  
 Est ergo Ambrosius dulce sonans? sonans.  
 Linguarum an vario rore fluit? fluit.  
 Et nexus dubios incidit? incidit.  
 Echo archana polo magna trahit? trahit.  
 Octavius sapiens ergo liquet? liquet.

¶ Eiusdē Saphicū dactylicū.

Huc opes cinctis Arabum coronis,  
 Huc decus nymphæ properate vestrum,  
 En nouis linguis venerandus alter

Pullulat hermes?

Astruat turrim Babylon superbam  
 Rursus, Eois aderit lapillis,  
 Splendidus fusæ Ambrosiusq; reddet

Pristina linguæ.

An virum talem sinuosus orbis  
 Abnuat? Quid ni. Rubicundus æther  
 Gestit, hinc tellus modulatur. Inde

Personat æquor.

Scilicet linguam foueant hyeni,  
 E nitet virtus, penetratq; tanto  
 Altius, quantum superat volantes

Cæsaris Ales.

¶ Petrus Libascus Sacerdos Parmen. ad Echo,  
 de Theſeo Ambrosio Comite.

Heus Echo annium alumna clara, pax, pax.  
 Obsecro mihi pauca fare, fare.

Sunt

Sunt Orbis tibi nota multa? multa,  
 Dic, Theseus Comes est vir amplius? amplius.  
 Est linguæ ne peritus omnis? omnis.  
 Præstat ne integritate cuique? cuique.  
 Est ne gloria, lausq; prima? prima.  
 Quisentissecus, illene errat? errat.  
 Hunc ne ergo colo amoq; iure? iure.  
 Hæc satis mihi, læta vade, vade.

**MINERVA MATER INVENTIONVM,**  
 Lectori, S. P. D. Galeatio Allia Patritio Cre-  
 moneſi. Adoleſcentulo ſuggerente.

**S**I hoc eximium opus fuiſſet ſola inuentione hominis cõ-  
 ſiſtitum, haud fanè celebraretur noſtro præconio, qd̄  
 mortalibus cõcedere nõ conſueuimus, veꝛ q̄a ſuperat  
 vires veſtras, noſtra quoq; oratioe efferri ſatis fuit egſſimũ.  
 Nemo, n. poterat hoc in genere artis cõponere, cui ea mi-  
 nimè fuiſſet copia ſcriptorum ac virorum à ſuperis propo-  
 ſita, quam vnicõ authori cumulatiffimè præſtiterunt. Nam  
 vndiq; huiusmodi religioſis tantum exhibentur præara mo-  
 numeta atq; artes huiusce generis, dum vel damnât, vel ex-  
 petunt ipſi, quorum in conſilijs ac abſolutionibus eſt ſalus  
 animarum collocata. Id propter iſ ſuperũ numine ductus  
 ſacrum ſelegit, quem potiffimum colius, ordinem religioſe  
 vitæ, ac eam obtulimus occaſionem, vt vberior nequeat de-  
 ſiderari. Hanc vero editionem iſ deo diſtulimus, vt, cum tot  
 in cœlorum reuolutionibus conatu veſtro abſolui nõ po-  
 tuerit, fateamini facilius diuinũ dũtaxat id munus exiſtere.  
 Et quoniam breui expediet vos hac in linguarũ literarũq;  
 arte

arte ac alphabetorum, quę hic traduntur, esse edoctos, quū ex Cæsaris triūpho liberior dabitur in regionibus Aphrię ces atq; Alysę conuersatio. Cæterū quid vobis esse debet oblectabilius? quid veselicius? cum via deinceps erit negociationibus ac amicitijs contrahendis aperta per vniuersum terrarum orbem? Consequenter intelligetis nō ab re Theseum nuncupatum fuisse, quō sciūtū ille exemplum reliquit operibus, ita hic parandę necessitudinis facultatē suo opere cunctis afferret. Quā ratione etiā Ambrosius, quē voluerunt verius ob mirā suauitatem præceptionis Ambrosiam dixisse, nō perperā denominatur. Verum quisnam alius inexplicabilem dispositionem fuisset ac inenarrabilem doctrinam perelegantis compendij cōsecutus? tanta, n. ars inest, vt eos pariter alliciat omnino, qui nihili faciāt tractatū. Nam, dum oblectabunt varietatē lectionis, simul & degustabunt dulcedinem huiusce nectaris, & nūquam satis saturari poterunt. Non possum enim cōmodē referre copiam eorum, quę cōtinentur in inestimabili volumine, hoc vnum non te fugiat, quære librū, atq; ei inuigila plurimum, quicquid optaueris, non frustrabis vota. O Iouis optimi, supremam clementiam, qui mortales quoq; effecisti Ambrosia dignos. Itaq; superest, vt summū opificem Ambrosiæ Authorem, & singularem Theseum Ambrosium propter Ambrosiā obserues. Vale in studijs, ex Olympo Palladis. Anno à mūdi initio. 6892. Martio currēte in se cūdodecano. Secūdo Tydei Oldoyni Cremonen. Patrij Iurispruden. ac Cæsarei Senatoris Ticinij Proconsulatus anno, cuius rara Iustitię, morum atq; virtutis fama vsq; ad Superni Regis aulam peruenit.

## INDEX CAPITVLORVM.

- ¶** Alphabetum Chaldaicum. Caput Primum. folio. 9.  
**¶** Cōnexiones noīum ex alphabeto. Cap. II. folio. 9.  
**¶** De noībus deo attributis ex ordie s̄raꝝ. Ca. III. fol. i o.  
**¶** De diuisiōe s̄raꝝ in vocales & p̄sonātes, in quo de oībus  
 aliāꝝ liguaꝝ vocalibus, & multascitu digna. c. 4. f. i o.  
**¶** De p̄sonātibus Chaldaicis, ac cæteraꝝ linguaꝝ, in quo  
 descriptio phagoti Afranij, & curiosa multa. c. 5. f. 2 i.  
**¶** De literis puncto rubro notandis. Cap. 6. fol. 74.  
**¶** De vocaliū Hebraicaꝝ, Chal. & Arab. notis. c. 7. f. 79  
**¶** De instrumētis q̄bus literæ proferuntur. cap. 8. fol. 86.  
**¶** De līs duplicibus Hebr. Chal. & Puni. cap. 9. fol. 87.  
**¶** De līs radicalibus & seruilibus, & inibi cabalistica plu-  
 ra, historiz, & curiosa, nō ingrata quedā. ca. i o. fo. 89.  
**¶** De numeris Chal. & mō numerādi. cap. i i. fol. i 3 2.  
**¶** De Syllabis seruilibus Chaldæorū. cap. i 2. fol. i 3 5.  
**¶** De Armenioꝝ līs & introductiōe. cap. i 3. fol. i 4 2.  
**¶** De diuisiōe s̄raꝝ Armenicaꝝ, & de diphthōgis, & diui-  
 siōe p̄sonātū, & eaꝝ cū latinis p̄formatiōe. c. i 4. f. i 4 3.  
**¶** De syllabis seruilibus Armenioꝝ, & inibi simulachrum  
 Phagoti, & catalogus virorū excellentiū in diuersis fa-  
 cultatibus, ciuitatis Papiæ. cap. i 5. fol. i 74.  
**¶** Vuādaloz; literę sparsim habent. Fol. 50. 51. 58. 60.  
 61. 62. 63. 66. 67. 77. i 49. i 50. i 58. i 63.  
 i 66. i 67. i 70. i 71. i 74.  
**¶** Exercitāmētū Chaldaicū & Armenicū. f. i 84. i 85.  
**¶** Appēdix multarū diuersaꝝq; literaꝝ, in qua sunt. 24. al-  
 phabeta diuersa, & quedā ad Arabicā grāmaticā perti-  
 nentia, necnō & magici characteres. fol. i 93.

# CHALDAEORVM LITERAE, QVI

Syriam incolunt, quae etiam Syriacae dicuntur, & quibus Antiochena Patriarchalis Ecclesia in sacris vitur, duae & viginti sunt, quae his figuris atque nominibus exprimuntur. **Caput. Primum.**

					
V.	H.	D.	G.	B.	A.
					
Vau.	He.	Dolad.	Gomal.	Beth.	Olaph.
					
L.	C.	I.	T.	HH.	Z.
					
Lomad.	Coph.	Iud.	Teth.	Hheth.	Zain.
					
P.	Ga.A.	S.	N.	M.	
					
Phe.Pe.	Gain.Ain.	Somchath.	Nun.	Mim.	
					
Th.	Sc.	R.	Q.	ZZ.	
					
Thau.	Scin.	Ris.	Quoph.	Zzode.	

Leguntur autem Hebraeorum more, a dextro, in sinistrum latas. Habet praeterea Chaldaei & Syri, alias quoque minores literas, quarum figurae sunt infra scriptae.

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

111  
i. t. hh. z.sd. u. h. d. g. b. a a a.

t.th.s.sc. r. k.q. zz. p.ph. gaia. s. n. m. d. c.

☞ Cōnexiões noium ex alphabeto recto & iuerso. Ca. II.

**C**onnectitur alphabetū hoc, Hebręorū more, duobus modis. Vno inquā ab Olaph initio facto, i sex cōnexiones, quę singulę nomē cōficiūt, & in septē verso ordine, a Thau nimirū nominis cōnexionisq; ipsius sumpto principio, de quorum mystico sensū, beatus Hieronymus in Epistola ad Paulā Romanā, satis abunde locutus est. Iccirco in breui nostra hac Chaldaica Syriacaq; literarum introductione, nullum de his verbum faciemus. Alio fortasse i loco (si Deus cōcesserit) copiosius aliquando differemus. Primus itaq; cōnectendi modus, sic se hēt.

q. kar scath. saphazz. calmon. hhatai. haūaz. obgad.

☞ Huiusce cōnexionis primum nomen componitur ex Olaph. Beth. Gomal. & Dolad. Scđm He. Vau. & Zain hēt. Tertio insunt Hheith. Teth, & Iud. Quartū literę sunt Coph. Lomad. Mim. & Nun. Cōprehenduntur in qnto Somchath. Ain. Phe. & Zzode. Reliquę quatuor alphabeti literę. s. K. Quoph. Ris. Scin. & Thau. Sextū & vltimū connexionis nomen perficiunt. Secundus cōnectendi nominaq; formandi modus, a Thau incipiens, talis est.

dagbo. hhezuhe. iat. melach. gefan. quezzaph. thescar.

☞ Ethuius

Et huius quoq; conexiōis. Primū nōmē ex Thau, Scin, & Risc, cōponit. Secūdū ex, K. Q uoph, Zzode, & Phe, Tertiū ex Ain, Somchath, & Nun. Quartū ex Mim, Lomad, & Coph. Quintū ex Iud, & Teth. Sextū ex Hheth, Zain, Vau, & He. Septimum ex Dofad, Gomal, Beth, & Olaph. Quid vero septē isthæc, & sex supius descripta nomina significant. Et quæ nā in duobus istis, cōnexionis **alphabeticæ**; modis, mystica lateant, qd' s. ex primo cōnectēdi ordine, sex duntaxat noīa cōponant, quæ ab Oleph, idest à doctrina, in extremū signū desinūt. Ex secūdo vero, q ab vltima alphabeti litera, tāquā à signo ad verā doctrinā patris, videlicet, filij, & spiritus sancti, cognitionem, nos (q in vltimis cōstitutusumus tēporibus) reuocat. Aliquando fortasse, Deo ipso annuente, explicabimus.

De noibus Deo attributis ex ordine literarū. **Cap. III.**

**V**Nicuiq; alphabeti elemēto seu literæ notæ, Chaldæi nomē vnū Deo oīpotēti ( si mō antiq; illis p̄ribus iste mos fuit ) nec nō & Saluatori n̄ro, ( si post Xpi redēptionē i vsū venit ) attributū, accōmodare p̄sueuerūt, Ut pueri, vnā cū primis literarū rudimētis, creatorē suū, suęq; redēptionis autorē, p̄tinuo i ore hēant, neq; vnq; obliuioi tradat sanctissimę trinitatis sacramētū, isto sanē mō ora apiētes

ܕܐܢܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ
daiono.	d.	gaboro.	g.	baruio.	b. aloho. a.
iudex.		potens.		creator.	deus.
ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ	ܕܘܒܘܢܐ
hhanono. hh.	zaiono. z.	vagdo.	u.	hadoio.	h.
misericors.	nutritor.	promissus.		humilis.	



INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

3. **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** .

elmino, l. cino. c. iohubo. i. tobo. t.  
 pacificus. rectus. dator, liberalis. bonus.

ܘܚܘܢܐ . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** .

gobudo. a. ga. sabro. s. nuhero. n. morio. m.  
 gubernator. spes. lux. dominus.

ܘܚܘܢܐ . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** .

romo. r. quadiso. q. zzlibo. zz. pharuquo. p.  
 excelsus. sanctus. crucifixus. saluator.

ܘܚܘܢܐ . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** . **ܘܚܘܢܐ** .

thlithoiutho. t. sbihho. s.  
 trinus, trinitas. laudabilis, gloriosa.

De diuisione litterarum in vocales, & consonantes. **Cap. III.**

**C** Haldæarū litterarū quedā sunt vocales, quedā vero cōsonātes. Et vocales quē, vt apud Hebræos, & veteres Samaritanos, in varijs illoꝝ alphabetis, sex sūt f. j. Olaph . **ܘܚܘܢܐ** . He . **ܘܚܘܢܐ** . Vau . **ܘܚܘܢܐ** . Hhet . **ܘܚܘܢܐ** . Iud . **ܘܚܘܢܐ** .

Ain, Sunt tamen qui dicere audeant, predictas Chaldæoꝝ vocales, cōsonātes esse quāquidē oīum vocū sint capaces. Quælibet, n. ipsarū p. a. e. i. o. & u. Latinas vocales enuntiari pōt, p vt nimirū signū aliquod, seu notā quāpiā vocis, aut vocalitatis (si dicere fas est) indicatiuā ad hexā, appositāq; habuerit. Quæ signa & notæ inferius noīabunt, & earum figuræ scribentur.

**Samaritanorum vocales.**

**C** Habuerunt Samaritani varios alphabeti characteres, quos aliqui

SYRIACAM ATQ. ARMEN. 11

aliqui è tenebris in lucē veniēt. Ex qbus vocales vnius dū-  
taxat formæ in præsentia adducētur. Scripsere & ipsi à de-  
stra in leuā manū. Sunt autē vocales eorū sex, videlicet. **N.**  
Aleph. א. He. ה. Vau. ו. Hheth. ח. Iod. י. Ain.

Hebræorum vocales.

☞ Multiplicibus ac varijs olim Hebræos, quæadmodū &  
Chaldæos alphabetis vsos fuisse, ex autoꝝ haud quaquam  
ignobiliū relatione, cōprehendere possumus. In qbus vo-  
caliū noīa fuerunt vt Samaritanorū. Et eorū characteres (vt  
nostri tꝑis vsū sequimur) sunt ifra scripti. Scilicet. **N.** Aleph,  
**H.** He. **V.** Vau. **H.** Hheth. **I.** Iod. **A.** Ain.

Arabum & Punicorum vocales.

☞ Inter Punicorū, Arabū, Turcharū, Persarū, Tartarorū,  
& totius fere Maumethanæ sectæ literas (vt eorū qui vnico  
vtunt alphabeto vsū psequamur) vocales sū septē, quæ  
nomina tm̄, nō figuras, ponā, qñquidē & istarū alphabetū,  
& Alphurcā quæ Alcoranū vocāt dudū publicitus ha-  
beant, & Nebieñ. Eꝑs in suo Octoplo Psalterio, iā multis  
antehac annis Psalteriū quoq; Arabū characteribus chal-  
cographicis impressum typis immiscuit, ac publice currit.  
In qbus id genus literarū notæ atq; vocales cernunt. **A.**  
Aliph, seu Eliph, prima alphabeti litera, & cū Aleph, He-  
bræo, & Olaph, Chaldæo, & cū reliqs ab. a. incipientibus  
cōuenit. **B.** He, sexta. **C.** Hha, septima, **D.** Ain, decima  
octaua. **E.** Vau, seu Voe, vigesima sexta. **F.** He, vigesima  
septima, nec nō **G.** Ie, vigesima nona & vltia alphabeti lra.

Latinorum vocales.

☞ Latini quinq; tantū vocales habent. **a. e. i. o. & u.** tā  
& si. y. ypsilon, pro Græcis nominibus additum sit.

Græcorū

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Græcorum vocales.

¶ Græcis vero omnibus septē sunt vocales. *α*. Alpha *ε*. Epsylon. *ι*. Iota. *ο*. Omicrō. *υ*. Ypsilon, & *ω*. Omega. Vocales vero Aegyptiacas, Babilonicas, Saracenicās, Hieroglyphicas, Gothicas, Hetrufcas, Aeolicas, Magicas, & aliarū gentiū, quāplures alias aliqñ in varijs illarū alphābetis, Deo Opt. Max. pmittēte publicandis cōprehendere poterimus, quas in p̄sentia p̄termittimus.

Jacobitarum Cophitarumq; Vocales.

¶ Jacobitarū, & Cophitarū, qui etiā circa Aegyptum inhabitant, quiq; Græcis vtuntur literis, paulum tamen variatis, atq; additis, septem, ad finē alphabeti literis, decem numero vocales hñt. *Α*. Alpha, primā alphabeti literā. *Ε*. E. qntā, *Η*. Heda, octauā, quē similis est, Ita Græco, & aspirationi latinæ. Cui etiā aspirationē lenē addunt. *Ι*. Ioda, decimā *Ο*. Off. sextādecimā, q̄ loco Græci Omicrō est. *Υ*. He, vigesimā secundā, quæ Ypsilon Græco, aliquantulū similis est. *Ω*. O, vigesimā quintā, quæ Omega Græcum representat. *Υ*. Vey, vigesimā septimā, quā tamen aliquādo etiā pro *V*. cōsonante ponunt. *Ζ*. Hori: vigesimā nonā quæ p aspiratione forti habet, & Hheth, in platiōe representat. *Ξ*. Yieufa, q̄ & Gieufa dī. *Ξ*. o. similē *Χ*. Ie, Armenico, decimo nono in ordine alphabeti, & scribi debet ac p̄ferri, vt scripta Græce p̄ diphthōgū imppriā ypsilon iota, vt mya.

Macedonum, & Dalmatarum, vocales.

¶ Macedones, & maioris, ac minoris Misie incolę, qui Bulgari, atq; Seruiani modo appellantur, quorū impressi libri circumferuntur, & Dalmatę, qui etiā proprias literarum figuras, eadem tamen nomenclatura, cū supra scriptis habent,

habent, & quorum pariter libri chalcographorum cura impressi habentur, quamquam etiam apud Dalmatas alię sint, nec dum impressę, literarum figurę, decem numerant vocales, videlicet. **a. 8. A**s, vel **Az. e. e.** Iest, quę loco E. habetur, & **i. 7.** Ise, pro Iota **h. u. Hi**, quę similis est Ita Gręco; **o. 8.** On, pro Omicron. **v. 8.** Vch, quę tamen aliquando consonans est **u. 3.** Ot, & **u. 7.** O, quę loco Omega Gręci est. **b. 7.** Iat. **6.** Iler, licet Ot, & Iat, & Ier, potius syllabę esse videantur, quam simplices literę atq; vocales.

### De Indorum vocalibus.

**C** Indorum vocales, quantũ ex literarũ figuris agnoscere possumus, septem sunt. **U.** Ha. prima, quę He. Hebręo, & Chaldęo rñdet, & **ñ. Ha.** tertia, & **h. Hha.** vndecima, q̄ Hhet, Hebręum, & Chaldęũ representat, & **h. A.** tertia decima, quę Aleph, & primã literatũ omnium fere idioma tum (quo ad simplicẽ vocis enunciationẽ) reddit. Aliquã tamen cum **a.** Græco, & **a.** Latino conformationem hêt.

**O.** Vua. quinta decima, quę Vau, Hebręum, & Chaldęũ esse potest, quamvis per duplex. u. a Ioanne Potken scribatur, & illa fortasse potuit esse ratio, quia aliquando (vt de **8.** Vch, Macedonum, & Dalmatarum litera dictum est) simplex remanet consonans. Et **v. A.** sexta decima, quae loco Ain Hebręi, & Chaldęi assumitur, & ab Ioanne Potken, in sexta decima Ogdoade, cętesimi decimi octavi, iuxta illorum numerum, Psalmi, loco Ain, posita est, cui tamen in Syllabario aspirationis notam non addidit, cum postmodũ dicturus esset, apd Indos (quos ipse Chaldęos vocat) triplicem esse aspirationem, in quo cum Hebręis concordare videntur, qui habent He. Heth. & Ain.

Aut

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Aut igit̄ i dicta Ogdoade Ⲙ He, tertia, in Syllabario istius, litera, & ipsa quidē, quę suę ( vt ipse appellat ) Stantia sub-  
 stituenda est, aut dicēdum Ain, aspirationem non habere,  
 & ipsam certe sextę decimę numerationis in Syllabario lite-  
 rá, Hebręū atq; Chaldæū Ain, representare, quod quidē  
 magis consentaneum esse videtur, quando quidem in no-  
 minibus, quę Hebręis, & Chaldæis, & Indis cōmunia sūt,  
 quę etiā plurima sunt. In quibus Ain. ponit̄ ab Hebręis &  
 Chaldæis, ab Indis quoq; positum conspicimus, vnum  
 aut alterum sufficiat exemplum, nam quod Hebręi,  
רעסאי rescaim, Chaldæi, vt in Psalterio Nebiēsis,  
רעסין resciin, & i Chaldæo nostro Antiochæno,  
 atq; Syriaco רעסין rescia, Indi quoq; רעסין  
 resciin, id est impii, in Psalmo primo, In quo bis aut ter  
 ipsum nomen, & cum eisdem literis scriptum reperitur,  
 & in Psalmo secundo in syllaba אל al, tam Hebræa,  
 quā Chaldæa, ibidē in Indorum Psalmo לאול laola,  
 id est aduersus simili modo per Ain, scriptum est. Septima  
 & vltima Indorū vocalis est P. Ia. decima octaua Syllaba-  
 rij litera quę pro Iod, assumit̄. Istas Indi suas vocales om-  
 nes, quinq; vocalium latinorum voce proferunt, a. scilicet  
 e. i. o. & u. Et a. quidem & longo & breui, similiter & o.  
 breui, seu vt Io. Potken inscripsit paruo & lōgo, quas vo-  
 cum varietates ex immutatione literę primę sedis seu ( vt  
 ipse dicit ) Stantię, elici possunt, quippe si primę quę in  
 a. paruo, veluti in patha Hebręū desinit, addideris punctū,  
ad mediū

SYRIACAM ATQ. ARMEN. 13

ad medium literæ, ad dextrum latus, perinde erit atq; sciuruch, vel melopum hebraicum, & u. longum reddet. Sin vero a puncto literę substituto dextrorsum, ceu lineam ducturus, aliud punctum adnexueris, loco hirich hebręi videbitur, & i. proferes. At si subter primam literā punctum duntaxat vnicum locaueris, literæ nihilominus coniunctum, & ad dextrum deflexum, a. longum, & ( vt hebręorum more loquar ) camezatum, constitues. quod si eidem literæ substitueris deductam lineam, & illam incuruam in calce, atq; in latus dextrum circulare feceris, ita vt penè b. latinum representare videatur, hæ longum, ac si zere hebraicum substratum fuisset intonabit. Porro si in capite sinistri lateris, eiusdem literæ, seu etiam, vt in nonnullis alijs literis, in medio, vel in summo, & ad læuam seu dexteram partem ( vt in Syllabario Ioannis Potken videre fas est ) punctum addideris. o. paruum personabit, vt holem hebraicum absente vau. Quamobrem videtur eodem ferè officio fungi, quo seua, inter hebraicas voces, quia scilicet, aliquando profertur, aliquando vero penitus aphonum, & ( vt illorum magistri aiunt ) musitans est. dum quiescēs linquit literam simpliciter consonantem. proinde potest & de Indorum literis dici, quod de Hebręorum, Chaldeorum, Samaritanorumq; literis, quidam suspicati sunt, omnes videlicet esse consonantes, quod omnium vocaliū voces suscipiant. Cæterum si in dextro cornu eiusdem literæ superiori. o. paruum posueris, & id quidem cōiunctū, & in dexteriolem partem deflexeris. o. longum ad æmulationem omega gręci efficies, & vocē holem cum vau reddet. Et Indi ipsi, illud depressa voce atq; ferè ab. u. in. o d illam

## INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

illam deflecentes, enuntiant, non aliter q̄; si ( vt vulgo nos dicimus ) lo huomo, proferre vellent. Aliqui eorū quoq; per duplex. oo. enuntiant, submissa nihilominus in principio voce, sed aliquantulum producta, atq; in acutum accentu terminata, vt græci idest ouum proferre consueuerunt. Et hoc ab ipsis Indis sæpe & sæpius, cum Romæ, tum alibi obseruatum animaduerti. Atq; id præcipue, tum quādo dictus Io. Potken Psalterium illud Indorum lingua & characteribus in publicum pro idiomate Chaldaico & literis quoq; Chaldaicis, se daturum polliceretur. Quinimmo iam in chalcographorum manus traditum versaretur; & ij ad susceptum onus perficiendum die noctuq; laborantes insisterent. Cui ego ( cum forte fortuna de Psalterio & literis illis, mutuo quandoq; inter nos loqueremur, senis & amici hominis miseratus; in credendo facilitatem; vt eum ab errore; falsaq; opinione auerterem; non semel tantum; sed sæpius; ipsum ( si adhuc vitali hac fruitur aura ) testē voco; memini me dixisse. Domine Ioannes ( absit tamen arrogantia; & reprehensionis temeritas dictis ) præstantia tua; vt mihi videtur; plurimū in hac re fallitur. Non enim ista est Chaldæorum lingua; tametsi in multis oculis; vt in cæteris quoq; linguarum varietatibus euenire solet; cum Chaldæa vera & Hebræa conuenire videantur; nec minus characteres Chaldaici sunt; quandoquidem; si beato Hieronymo credimus; Alphabetum Chaldæorum; Hebræo; & Samaritano ( quātum spectat; pertinetq; ad literarum nomina ) simile est; characteribus tantum; aliquantum dissimile est. En dicas mihi rogo te literarum nomina; & notarum similitudines cum Hebræis scribendi;

scribendi; legendiq; modum. Nam Hebręi; Syri; Arabes;  
 & Punic; & Chaldęi penę etiam; a dextro in sinistrum la-  
 rus scribunt & legunt. At tui Psalterij scriptura; contrario  
 dictu; a sinistro ad dextrũ latus ducitur legiturq; ; quineti-  
 am nec vna quidem literarum cum Hebręis; neq; cum  
 Chaldęis similitudinem vel minimam habet. Tũc homo  
 ille; canum pro tempore caput habēs ( vt ijs qui animum  
 mentem deniq; omnę in aliquo ) trabali ( vt dicitur ) clauo  
 iam fixerint; euenire solet; respondebat. Beneficio ego; qđ  
 istę sunt chaldęę literae; & elocutionis chaldaica phrasis.  
 Nam nigri isti; qui varium religiosorum vestimentum in-  
 duunt; & quos per Urbem vagari videmus; aiunt linguā  
 suam esse Chaldęam; nec ab ea opinione vnquam diuelli  
 nec fixum ( qđ aiunt ) clauum inde abducere potuit. Verũ  
 paucos ab hinc annos ab Iulio; eius nominis; Secundo;  
 Pontifice maximo; conuocato œcumenico; incohatoq;  
 Concilio; & sub Leone Decimo perseuerante. Venere  
 Romam ad Synodum; a Presbitero Iano; seu Ioanne di-  
 recti Indi. Venerũt & Syri Chaldęi; Iosephus Sacerdos;  
 Moyses monachus; Diaconus; & Elias; Subdiaconus.  
 Quorum Sacerdos cum diuinam lyturgiam ( quam  
 Missam hebraico nomine appellamus ) celebrare; sacraq;  
 deo offerre munera intenderet. Nec prius illi permissum;  
 qđ quo ritu sacrosanctum munus perficeret; & quibus nā  
 verbis in cōficiędo vteretur; clare intellectu foret. Tũcq;  
 mihi a Reuerendissimo Cardinali Sanctę Crucis; apud  
 quem fuerant hospitio recepti. delatum fuit. onus. ad ver-  
 bum ( quod dicitur ) libellum missę chaldaicę transfe-  
 rendi. Tum ego. ne munus assignatum defugisse viderer.



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

operępretium me facturum arbitratus sum; si ascitis me cū  
 Hebręis & Punicis, seu Arabicarum literarum gnaris,  
 quod vix tunc temporis elemēta chaldaica, hebraica, atq;  
 Punica cognoscebam; ad id exequendū me protinus ma-  
 ture accingerem. Rogauiq; primum hominem quendā  
 dicaculum olim hebręum, libertatem comineti nomine,  
 quem multarum linguarū arbitrabantur omnes bene pe-  
 ritum esse. Is ( quod mecum paulo ante amicitiam contra-  
 xisset ) libenti animo se affuturum pollicitus est. Et dum  
 ad rei effectum deuenissemus, non mihi omnino satis pro  
 voto faciebat, proinde Iosephum Gallum Hebręum Do-  
 ctorem, & illius celebrati nominis Rabbi; Iulij Pōtificis  
 Medici Physici filium, cuius ad me carmina latina, pariter  
 & hebręa, adhuc apud me cōseruātur rogauī, vt in re hac  
 paululū operę tribueret. qui, vt ingenuo, beneuoloq; erat  
 animo, prompto quoq;, alacri, atq; libētū animo operam  
 industriamq; suam promisit. Nec sanē defuit. Elia nanq;  
 Chaldęo, verba chaldaice, & Arabice ( quod scilicet Sy-  
 riacum omne vulgus ea lingua passim vtatur ) recitante.  
 Ille mihi materno; nec minus latino, referebat sermone.  
 Atq; hoc a nobis modo, in scriptis redacta sunt omnia.  
 Et prædicto Cardinali vnā cum dictis Chaldęis & Iose-  
 pho, pariter cōsignata. Dataq; tum fuit Chaldęis istis Sy-  
 ris libera in Vrbe licentia, libertasq; sacra celebrandi. Ego  
 vero qui nunq; animum inducere potui, vt crederem, In-  
 dorum literas Chaldęas esse, sæpenumero à iam dicto Io-  
 sepho, necnon ab Aaron & Abdia scholasticis in Vrbe  
 Iudæis curiose admodū aliquādo quærebā, sciscitabarq;;  
 atq;, per sem, illud amephoras, ineffabile scilicet atq; inex-  
 positum

SYRIACAM ATQ. ARMEN. 15

positum ) quod aiunt ) Tetragrammaton nomen, Iod, he, vau, he, fidem illorum obsecrans atq; obtestans, impotune percunctabar. Ut quid nam de lingua illa, quam isti è Syria in Urbem aduexerant, sentirent. An vera videlicet Chaldæa esset. Vna voce, vnoq; animi consensu, asseuerabant, illam esse chaldæam linguam & verum, vt ipsi vocāt, Targum. Idem quoc; mihi Romæ non semel tātum, sed sæpe ac sæpius affirmare consueuerat Abraham ille. a balamis doctor hebræus, Domini Ioannis Spoletani Canonici nostri olim Iudæi, cōsanguineus, cuius scripta, præter ea quæ ad Philosophiam spectant, etiā grāmicalia cernūtur. Quibus intellectis, honesta & laudabili ( vt reor ) motus æmulatione, Id animo ac mente concepī, vt, si quādo ( iuuante deo ) mihi facultas vnquam data cōcessaq; esset. Psalterium Chaldaicum ex Syria aduectum, in publicum ederem. Et cum relictis Romanorum penatibus in patriam tandem me contulisset. Iamq; animo diu conceptus desiderij igniculus in publicum erumperet, ꝑneis comparatis typis, conflatisq; ex conuenienti metallo literarum formulis. & adiecta penè manu, post maximos infinitosq; propemodum sumptus, ad opus perficiendum. ( en tristis erinnis, & honestis, ac fælicibus virtutū successibus meis semper aduersa ( si dicere fas est ) fortuna affuit. Nam dum iam necessarijs omnibus ordine suo dispositis, chalcographoq; ad rei expeditionem parato, Psalterium illud chaldaicum, & collectanea quædam nostra; ad linguæ illius, multarumq; aliarum linguarū lectionē; notionem, mutuamq; inter se se conformationem spectantia, in vnum volumen redacta, propediem imprimenda sperarem,

**INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM**  
 sperarem. Ad annuam patrum meorum synodum Rauē  
 nam proficiscor, & dum dissolutionis finem prestolor,  
 reditumq; in patriam desidero; ac dies mihi pro anni mo-  
 ra computatur ( proh dolor ) patria mea infelix illa scili-  
 cet olim regia Ticinensis ciuitas, me adhuc absente, a Gal-  
 lorum exercitu obsidetur, multiplicibus vndiq; concussa  
 machinis, vi capit, hostiliter prædę dat. Incendio destinat.  
 Omnia in ea confunduntur. Rapiuntur, distrahuntur, la-  
 cerantur, discrepantur. Captiuum omne genus hominũ,  
 tam sacrum quam prophanum, ducitur. Nulli ætati parci-  
 tur. In mortuos etiam & laruas, in libros & sacra quęquę  
 pessime sequitia furibunda bacchatur. Sanguis, etiam inno-  
 xius per domos, per templa, per sanctorum aras, per com-  
 pita & publicas vias atq; plateas vrbis affatim impie effu-  
 sus discurrit. Factũq; est, vt in illa immani clade, ac patrię  
 ruina, omnia quoq; mea, librorum inquam Chaldeorũ,  
 Syriorum, Armeniorum, Hebręorum, Gręcorum, varia-  
 rumq; aliarum linguarum gratam suppellectilem, quam  
 magno mihi præcio comparatam ex vrbe Roma in patri-  
 am mecum aduexeram, simul cum ipsius patrię miserabi-  
 li casu, in vno ferè tēporis momento perdiderim. Quod  
 facinus cum ad aures meas publico ( ne famam dicam )  
 rumore deferēte peruenisset. Usque adeo præ nimio animi  
 dolore, vel mœrore potius concepto, afflictus, consterna-  
 tusq; fui, vt penè vnà cum libris & lucubrationibus meis,  
 etiam proprii nominis memoriam perdiderim. Post septē  
 vero annos ( diuina vt reor voluntate ita disponente ) in  
 manibus publici cuiusdam Fartoris reperto iam semila-  
 cero Psalterij libello, quem cū cæteris in cineres culcano-  
 passim

passim debacchante, iam dudum fuisse conuersum existima-  
 ueram, iterum ad illius publicationem animum adieci,  
 quo in pristinum redintegrato, & comparatis denuo for-  
 mis, literarum amore, & studiosorum iuuenum academię  
 iuuandi, & erroris remouendi, veritatısq; inducendę, ac rei  
 facrę augedę, gratia, Affranio maxime patruo meo ho-  
 norando, sponte currenti mihi calcaria insuper addente,  
 decreui Psalterium illud Chaldaicum e Syria aduectum  
 publicare; præmissa nihilominus quadam prius ex locu-  
 pletissima illa iam deperdita nostra, ad linguarum multi-  
 plicium notitiam introductione, particula. *Vt ex illius le-  
 ctione, peregrinarum linguarum amatores cognoscant;*  
*inter cætera, an Psalterium istud Chaldaicum sit, an illud*  
*Ioan. Potken, qui in Indiam atq; Aetiopiam, Chaldęam*  
*transferre voluit; quin potius forsitan & Armenicã Chal-*  
*diam, quandoquidem Chaldia regio quædam Armenię*  
*est, & Armeni ( vt iam dictum est ) & copiose a nobis de-*  
*monstrabitur, a sinistro ad dextrum latus, Græcorum La-*  
*tinorumq; more scribunt, sicut & Indi quorum Psalteriũ*  
*( vt iam præfati sumus ) in publicũ pro Chaldæo edidit.*  
*At qui relictis tandem Indis ad Armenios veniamus . Et*  
*illos quoq; vocales habere, & quo nam modo cũ Chal-*  
*daicis; Hebraicis, Samaritanis, & alijs recensitis literarum*  
*varietatibus conueniãt demonstrantes, palãm pro virili*  
*nostra parte faciamus.*

**De Armeniorum vocalibus.**





**¶** Armeni vocales quamplurimas habent, nec tamen ob  
 hanc ipsam causam, quinarium latinorum numerum in  
 vocalium prolatione excedunt, quãquam per vnum eun-  
 demq;

**INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM**  
 demq; sonum. a. vel acutum vel grauem, vel etiam circum-  
 flexum personent. Similiter eodemq; modo & reliquas  
 ferè omnes vocales. e. scilicet. i. o. & u. prout in Armeni-  
 ca introductione videbimus. Prima tamen ( vt pro ratio-  
 ne præsentis loci aliquid dicamus ) alphabeti ipsorum li-  
 tera. **א**. **א**. quæ aip dicitur, vtrunq; Samaritanum  
 chirographicon & typographicon, atq; He-  
 braicum aleph, necnon cæterarum linguarū, a. repre-  
 sentat, vt **אברהם**, Abraham. **ה**. iech quinta, quæ  
 etiam pro Samaritanorum, & pro **ה**, heth,  
 & pro **א**, ain, chaldæo & hebræo accipitur, vt  
**הזרן**, hhezron, **הזרן** hhezron seu efron, vt  
Diaulon, Triaulon ve, sed Phagotum dicemus. Plica igitur (vt vnde digressi sumus reuertamur) hoc, & texe, in reliquis etiam huiusce coniugationis formis, charumq; habeto, nec pigeat istius concinnæ modulationis consonantiã meditari, & de ea sapius cogitare, in memoriamq; reuocare, ac balantum more, quod iam comedisti, diligentius, exactiusq; iterum ac sapius ruminari, vt tãdem absq; dolore iam concepta literarum semina parias, ostendas scilicet, palamq; facias, quantũ ex his admonitionibus. traditisq; præceptionibus nostris profeceris. Et ad tertiam alphabeti consonantem, atq; eius andisticha elemẽta, media, tenuia, atq; aspirata descende. Quæ tertiæ sunt coniugationis variorum verborum caractiristica, seu formatiua. Siquidẽ omne verbum, quod ante omega, habet delta, mediam, thita aspiratã, aut taf, tenuẽ, istius tertiæ coniugationis est. Vt ado, plitho, anyto. Et licet triplicitas ista consonantium, nomen earum quæ mutæ dicuntur, numerum compleat, vt merito cum illis reticere, atq; penitus obmutescere, nostra quoq; isthæc traditio posse videatur. Tamen quia miro quodam modo, ac monstri penè instar, quod illis natura negauit, dum sese magnæ vocali omni nisu committũt, copulamq; eius efflagitãt, muta prius ora, in dulciloquum cantum resoluunt. Et delta litera inter alpha, & omega, media locata. Ado, quod canto sonat, exprimit, & tanquam dulci odæ concentu, beneuolas discentis aures demulcet. Et ad scito thita, plitho, quod impleo significat, blande aspirado immurmurat atq; implet. Demum desyderio satis pro aliarum voto expleto, vnã cum cæteris octo consonantibus Taf, tenuis, extremũ vale mutis dicere cupiẽs, Anyto, quod

quod expeditionem, reiꝑ perfectionem insinuat, tanquā altera cœlestis Vrania, tenui dulciq; sono expressit, & sinē nouem mutarum, literarumq; tertiaz coniugationis verborum varitonorum caracteristicarum, demonstrauit effectum. Mihi quoq; operę pretiū visum fuit, ista nequaquā silentio inuoluere, priusquam in exustam, à Solis feruētissimis radijs, Indiā, & Græcię amœnissimis, pro tempore regionibus, me conuerterem.

De Indorum consonantibus.

¶ Latinorum igitur, Græcorumq; consonantibus declaratis, reliquum est, vt ad Indorum consonantes, explicandas, conformandasq; deueniam. Nam & ipsę latinorū, ac græcorum ritu, à sinistro in dextrum latus ducto calamo scribuntur. Sunt igitur Indorum consonantes, viginti. Quarum prima est. La. secūda syllabarij litera, quę p̄ hebręo, chaldæo, latino, gręco, nec non aliarum linguarum. l. sumitur, vt in prima dictione Dauitici, psalmi secundi, quam hebręi . Lamma . idest quare vel vt quid proferunt, Chaldæi & Syri .  . lmono. & Arabes, Syrię, & Numidię .  . lmada. & chaldaica interpretatio in psalterio Nebiensis Episcopi . 𐤋𐤌 . lema. Indus vero . lamonoto. vel rectius (seruata regula Sads, sextę videlicet sedis, in qua Seuę hebręorum more, vt plurimū obmutescit, o. paruū ) dicemus . lamont, vel lamnt . Et in psalmo . 2 1 . secundum eorum computationem. Hebręorum vero, & Chaldęorum partitione . 2 2 . Amlachia, amslachia; nazorani, vualmont; hhadagani; hoc est deus meus







## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

& Aron. Et in quamplurimis alijs psalmistę locis constat pro. m. assumi. Sequitur tertia consonans. Sa. quinta in ordine syllabarij litera, quę. scin. &. sin. hebręo & chaldęo respondet, vt in iam dicto psalmo. 119. i penultima Ogdoadę, sub litera. san. quam. scin. hebręorum & chaldęorum magistri appellant. Et Ioannes Potken in dicto psalmo; nullam inter hanc & samech differentiam faciens in quinta decima Ogdoadę, vbi locus est literę samech, quā Indus ibi nominat samchet, per. scin. quintam Indorum literam scripsit, cum tamen per. sa. septimā debuisset; & illius quartę sedis vel stantię, nimirum. orabo. per. sa. uidelicet longā scribere. Idcirco castiganda erit dictio. & loco. sa. quintę ponenda est. sa. septima syllabarij litera. Nam in psalmo secundum hebraicam computationē. 30. ubi nos dicimus. Audiuit dominus & misertus est mei. ait Indus. Sama. ogziaboher vuatafahalani: ubi hebraica & chaldaica litera rīdem literis primam hanc dictionē. sama. scribit. uidelicet sein. mim. &. ain. Pacis quoq; nomen simile est apud Indos, Hebręos, Chaldęos, & Arabes, vt clare patet in psal. 71. vel. 72. vbi dicimus, & habundatia. salam. idest pacis; ait Indus & Arabs. Hebraicę vero. scalom. & Chaldaici sclomo. & in psalterio Nebiē. epif. sclama. vel. sclamo. aut scloma. cum scriptum sit per geminū camez. aut certe. sclomo. chaldaico more, qui pro. camez. vtuntur. odom. & p sin. & per hanc consonantem de qua loquimur scribunt. Præterea in eodem psalmo habemus. Reges Arabum & Saba, vbi Indus. nagasta saba vuarab. idest reges saba & arabum. in dictione nagasta est. sa. septima syllabarij litera; quam pro. samech. dicimus accipiēdam, & in. saba. est. sa. de qua

de qua nunc tractamus. Sed & hebraica litera habet. malche sceba vsaba. & chaldaica Nebi. epif. malchaia dī sceba vsaba. Chaldaica vero Syriæ. malche dī scaba, vsaba. & Arabica syrię. mluch saba vsaba. In his duabus dictionibus differentia nobis literæ istius, & samech. clare innotescit. Nam prima dictio sceba per .scin. ab omnibus scribit, & secunda .seba. per .samech. præter quam ab Arabicis quæ ut plurimum in dictionibus, quas cum hebræis & chaldæis cōmunes habent literę metathesim facere consueuerūt. samech. in .scin. & .scin. in .samech. immutantes. Pro inde in nomine hebraico aut chaldaico, in quo .scin. litera reperitur, si duodecimā Punici alphabeti literā .sin. aut in quo samech. vel .somchath. si tertiam decimam quæ .scin. diciq; substitueris, arabicum proculdubio nomen illud efficies. Et hoc apud illos in id genus nominibus ferè catholicū est. In arabica præterea Nebieñ. epif. traditione habemus, mluch alarb, vsaba. id est Reges Arabum & Saba, sicuti & nos, & Græci, & Indi. Cur autē hoc dictum sit, lector amice considera. Quarta consonans est. Ra. quæ sextum in numero literarum locum tenet, & .r. latino. rho. græco, res. & .ris. tam hebræorū quam chaldæorū respondet. ut in psalmo iuxta hebræorum computationem. 87. vbi nos dicimus. Memor ero raab & babilonis. Ibi Indus cum hac litera & .ain. scribit. la raab. idē dicit & scribit hebræus scilicet. Ra hab. sed cum .res. & .he. aspiratione leni, at chaldæus syrię, nec non & Arabs, tam Syrus, quam Numidicus, Nebieñ. epif. Rahhab. per .ris. vel .ra. & .hhet. fortem aspirationem scribit. Ponitur etiā hæc litera in prædicto psalmo, 119. in vigesima Ogdoade, pro litera .res. & in  
in alijs

## INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

alijs nominibus atq; dictionibus à nobis in superioribus  
 descriptis, ac ceteris in quibus .r. cōmunis est litera. Septimū  
 in alphabeto locum occupat. sa. litera, quinta in consonā-  
 tum numero, quę vt paulo ante in tertię cōsonantis expli-  
 catione demonstratum fuit, pro. samech. & . somchath. ac  
 latino .s. accipitur. Locus præterea eius in quinta decima  
 Ogdoade, p̄dicti psalmi. i 19. sub litera. samech. facta (vt  
 supra dictum fuit) literarum metathesi proprius est. Ceter-  
 rum verbū pono Indis & chaldeis cōmune est, eisdēq; li-  
 teris scribitur. Nā Indus in psalmo. i 40. vbi dicimus. Pon-  
 ne domine custodiam ori meo, cum hac litera scripsit.  
 Simo ogzia. idest pone domine. Chaldeus noster in psal-  
 mo. exix. in Ogdoade. Nun. 𐤒 𐤓 𐤔 𐤕 𐤖 𐤗 𐤘 𐤙 𐤚 𐤛 𐤜 𐤝 𐤞 𐤟  
 Somu li hhatoix phahx. hoc est posuerunt vel te-  
 tenderunt mihi peccatores laqueos. & psalmo. cxlviii.  
𐤓 𐤔 𐤕 𐤖 𐤗 𐤘 𐤙 𐤚 𐤛 𐤜 𐤝 𐤞 𐤟 Som thhuuamaichi  
 basclomo. idest. Posuit terminos tuos in pace. & i psal-  
 mo. cxxxix. 𐤓 𐤔 𐤕 𐤖 𐤗 𐤘 𐤙 𐤚 𐤛 𐤜 𐤝 𐤞 𐤟 Gbal  
 toni vsomt alai idoch. hoc est. Plasmasti me & posuisti  
 super me manum tuam. vbique cū. somchath. & . mim.  
 scripsit Chaldeus & Indus. Crederem in psalmo. i 37.  
 alias. i 38. in dictione. vuaosagod. idest, & adorabo. lite-  
 ram. sa. fore remouendam, & hanc de qua tractamus esse  
 substituendam. Quia Chaldeis, & Punicis, & Indis, ado-  
 rationis verbum sit commune, & ab ipsis in dicto psalmo,  
 per. somchath.

per somchath. scribatur in dicto psalmo, vbi Syrus & Nebiensis, esgud, vterq; arabs, algad, & in psalmis . 22. 26. 45. 66. 72. 81. 86. 96. 99. 106. iuxta hebræorum & chaldæorum computationem. Idem adorationis verbum reperit. Quæ loca iccireo volumus hic notare, vt lectorem admonitum faceremus in illis formatiuas futuri temporis literas inueniri, quas hebræorum & chaldæorū magistri per nomen. ethan. insinuant. Nec non & literas siue syllabas pluralis tertię personę, & imperatiui modi indices. Quinetiam punctorū, vocaliumq; mutationes, hebræorum ac chaldæorum ritu, obseruatas ab Indis. Quos per regulas inflectere verba comperiet, nec illis omnino careere manifesto deprehendet, tametsi nec dum ad nos, Indogę preceptores, illas i libris particulatim descriptas, misserint. **¶** Octaua litera est. ka. consonantiū sexta, quę. phi. gręcō simillima est, & pro. coph. siue. quph. chaldæo & hebræo sumitur, vt videre fas est, in titulo. 19. Ogdoadis, sæpius citati psal. 119. sub litera. coph. & i psalmo. 1. & in via peccatorum non stetit, ait Indus. yuazaikoma. idest, & qui nō stetit. Chaldæus Nebiensis. **¶** **ⲙⲟⲕⲟⲙ**. la quam, aut ( seruata hebræorum regula de monosyllabis cū camez ) la quom vel lo quom, & cum Chaldæo Syriæ ibidem dicente. **ⲙⲟⲕⲟⲙ** lo quom, vel lo kom, per. coph. f. & .mim. cum odom. Et circa finem psalmi vbi dicimus, in cōsilio vel societate. zzadiquin. aut. zzadikin. idest iustorum, & vbicunq; inueneris iusti nomē in psalterio, semper per zzadich. & .coph. scriptum, tam ab Indis, quā ab Hebręis, & a Chaldæo Nebiensis Episcopi, ac Punicis, inuenies.

# INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Chaldæus vero Syriæ, iusti nomen, & ab eo deriuata per  
 zain. & koph. scribere consuevit, vt in psalmo septimo.  
 אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ אֱלֹהֵינוּ  
 althoo zadiquo. deus iustus. & in fine  
 psalmi, confitebor domino. אֵיךְ זָדִיקֵינוּ  
 dikuthi. id est secundum iustitiam eius. Seruiet autem nobis  
 pro. c. k. & q. latinis literis. ¶ Septima consonans est. ba;  
 nona in ordine literarum, & pro. b. accipitur, vt in secūda  
 Ogdoade præfati psalmi, quæ titulo, beth. prenotatur. &  
 in psalmo. r. 36. & Og Regē basan, la ag nogus basan.  
 Hebræus cum bethi dageffato, basan scribit. Simili modo  
 eū eadē. l. b. litera Chaldæi & Arabes scribere cōsueuerūt.  
 د ب ا س ن & dbaifon. & in sequenti psalmo, Super flumi  
 na babilonis. Indus. babilon. Hebræus. בבל. babel. eū  
 camez. & segol. cum eisdem literis, ac vocalibus pun  
 ctis scribit Ioseph cæcus in psalterio Nebiensis Epi  
 scopi, & Arabes. ب ب ل & syriæ chaldæus. ب ب ل  
 dbobil. ¶ Ta. octaua consonans, & literarum decima  
 crucem ob oculos nobis obijciens, pro. t. & th. & thau,  
 tam Hebraico quam Chaldaico & punico sumitur, vt in  
 xxij. & vltima sepe citati psalmi Ogdoade, quæ sub litera  
 thau Hebræorum & Chaldæorum alphabeti litera, collo  
 cata est. Ad numerum quippe earundem literarū, in xxij.  
 psalmus ille secatur partes, & vna quæq; pars octo conti  
 net versus, a litera illius Ogdoadis incipientes. Quod qui  
 dē non sine magno mysterio, & mystico sensu factū fuisse,  
 a Cabalisticis





## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

iamin, cum hirich, & iod, vbi illud iod affixum, pronomi-  
nis vicem gerit. Eisdē literis & vocibus seu vocalibus no-  
tis, & Chaldæus, & Arabs Nebiēsis: Antiochena quoq;  
litera per nun, scin, phe, & iud, scribit naphsi, cū abrohom,  
& ishhach, vocalium notis, hoc sanē modo inquiring.

נפסי בידחאח בחול  
zban. Idē obseruat & Arabs mutato tantū (suo more)


scin. in. somchath. نفسى بدمر اىف حبالا سح

naphsi bidaic hi bcal hhin. idest, anima mea in manu

tua est in omnitempore. Indus vero eisdem penē seruatis  
literis ait. Nafsoia vel naphsoia vustha odecha bachuulo  
gize. Hic aduerte lector in dictione manu tua, q̄ Chaldai  
ca Syriæ interpretatio, Indorum, Arabumq;, tam Syriæ  
quam Punici, Numidiciq; regni habet i manu tua. Nam  
ka, affixi pronominis secundæ personę indicium est, quos  
sequunt & macedones dicētes. Dusa moia vi rucu tuoieiu  
vinu, idest anima mea in manu tua semper. Hebręoz; vero  
fontem, & Gręci, & Latini sequuntur, quinetiam & Dalma-  
tæ, qui hunc versiculum verbis istis interpretantur. Dusa  
moie vrucu moieiu vinu, hoc est, anima mea i manu mea  
semper. Quod autē dixi Indū eisdē penē literis animā in-  
dicare, dictum sit, quia Ioan. Potken. Indos ait. phi. græcū  
non habere, sed loco eius ponere. f. posset tamen & hic di-  
ci, q̄ sit perin se hac. phe. hebræorū rafatū, quod per. phi.  
exprimitur non p. pi. neq; enim dicimus napsi, sed naphsi,  
tam etsi. pe. ibi positum sit. Videtur quippe Indi triplex. p.  
habere, pro vt litera illa & ab Hebræis & a Chaldæis tri-  
bus

bus modis enuntiari potest. Aliter enim pronuntiatur .p. sine dages & cum dages, ac cum raphe ab hebræis. Similiter à Chaldæis & Syris simpliciter positum, aut quādo supra, aut infra se, vel etiam in ventrem inditum rubeum punctum habet, vt satis supra declaratum fuit. Nam aliquando pro .p. simplici accipitur, aliquando vero pro .p. fortificato seu geminato, aut ( vt hebræorū more loquar ) dageffato, & aliquando pro .p. raphato, & tunc ad digamma eolium tendet ad .f. scilicet aut .ph. prolationem deflectet. Id ipsum & in .p. latino contingere, facillime diligens lector cōprehendet, si animum aduerterit ad dictionem à .p. incipientem sequente vocali, diphtongo, aut consonante, aut etiam cum in media dictione syllabam finit, geminata existente, aut alia ( si modo ratio syllabas componendi patitur vt seperent ) sequente cōsonante. Idcirco id quod hoc in loco dicitur, Indum scilicet .phi. græcum non habere, nec more latino ex diuersis illud elementis facere, sed eius loco .fi. ponere, posset nō absq; ratione hoc modo castigatum intelligi, vt non obijciam, quod si hæc lingua, istaq; elementa, Chaldaica vera essent, non mirum foret, si Græcas, aut Latinas literas non haberet, quandoquidem omnium, qui sapient, cōsensu, antiquior his, sit Chaldaea. ¶ Cha. quinta decima litera, consonantium vero decima pro .caph. Hebræo & Chaldæo. coph. Punicoq; .chieph. accipitur, & Græcis. cappa. & .chi. ac latino. c. tenui, & cum aspiratione. Patet hoc ex titulo vndecimę Ogdoadis psalmi. Beati immaculati ex literis, capita, octo illorū versuū, inchoantibus, in quibus .caph. inspicitur. Et ibidem dictio chuulu; id est omnia, quæ etiam hebræus. chol. seu. chal. per .caph. & Chaldæus

INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

& Chaldaeus Syriae. chulheun. per eandem literam scripserunt, & paulo post ubi dicimus, ut custodiam testimonia ofucha, id est oris tui in qua est. caph. pro affixo pronome ne tui, sicuti & in eadem Hebraica dictione .phicha. & in chaldaica Ioseph caeci. phumach. & syriaca dphumoch. hoc est oris tui. Caeterum in psalmo iuxta hebraicam computationem. 99. ubi habemus. Qui sedes super cherubin, moueatur terra, ait Indus. Zaionabor diba cherubel. Hebraica vero litera habet. losceb cherubin. Chaldaeus caeci textus. Cherubeia, & Arabica Nebiensis interpretatio. Alchrubin, Graeca vero phrasis epi ton cherubin. ubi Chaldaeus Syriae ait,  lotheb al cruba,




& ibidem Arabica interpretatio, 

Algals ali alcharubiun. Idem nomen habetur in psalmo. xvii. Et ascendit super cherubin.

¶ Za. vero decima septima litera, & consonantium vndecima ab. ita. greco, & aspiratioe quadrata latina, haud quaquam dissimilis est. Et pro. zain. hebraeo & chaldaeo accipitur, ut in inscriptione septime Ogdoadis allegati psalmi, ubi Indus ait. Zaio. vel. zai. ut obmutescat. o. sextae sedis, & ibidem ubi versum incipientes dicimus, Memor esto. Hebraeus dicit. zecher. id est memento. Indus. thazachar. Memor eris, propter literam. ethan. tha. scilicet indicem futuri temporis, & in eadem Ogdoade ibi. Cantabiles mihi erant ait hebraeus. zmir ot aui li, carmina erunt mihi, & Chaldaeus noster Syriae. zmirto heuau li. in hoc loco Indus nomine haemauico vsus est, ut. ma. dictiois incohativa demonstrat.

Nimirum



Nimirum, Mazmur, id est, carmen, canticum, hymnus, vel psalmus. Quod nomen in omnium fere psalmorum titulis impositum reperitur, & a verbo, zamar, id est psalmum dixit, vel laudauit, formatum est. Curus imperatiuum habetur in psalmo, 47. Ibi, Psallite deo nostro, psallite, psallite regi nostro psallite, quoniam rex omnis terræ deus psallite sapienter. Quæ verba Indus ita expressit, Zamaru laamlaichona zamru. Zamru lanogufna zamru. Osma nogos ogziaboher lachuu lo modor, Zamaru labouua. Ibi Hebræus, Zameru alohim zameru. Zammeru lemalchenul zameru. Chi melech chral zarez alohim zameru machih Chaldaus Syriæ ibidem hunc in modum interpretatus est.

Zmaru lalhoobsubhho alhoohau. Zmaru lmalchan, Metul dmalchohau dculoh arago alhoobhau zmaru the subhho. Psallite seu cantate deo in laude. Psallite regi nostro, quoniam rex est vniuersæ terræ deus ipse, cantate illi laudem. Esse vero imperatiui temporis zamaru, zammeru, & zmaru, quicūq; Hebræorum antiquas grammatices præceptiones legerint, siue etiã quæ a Germanis, & Gallis, necnō Italis, tam christianis, quam nostri temporis hebræis traditæ sunt, vel mediocriter, etiam quasi per transennam prætereuntes aspexerint, Aut illa quoq; quæ a Monasterio Franciscano doctè simul & accurate ad Hebræicam, Chaldaicamq; linguam conducentia, nuper in lucem prodita sunt, saltem degustauerint, intelligere facillime

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

cillime poterunt. Quamobrem, dedita etiam opera, regulas præceptiones ve aliquas de modis inflectendi, tempora formandi, modosq; verborum dignoscendi, hoc in loco tradere minime curavi, sed lectorem dumtaxat admonitum esse volui, accurataq; cōsideratione percipere, Indos, in nominibus verbisq; inflectendis, regulis Chaldæorum Hebræorumq; more vti. Necnon & tropos, aliosq; dicendi modos, & schemata, sicut & alię, aliarum linguarum varietates habere. Cæterū in psalmo. 83. in quo habemus. Pone principes eorū sicut oreb & zeb & zebeç & salmana. Indus hac vtitur litera dicens, vua zeb, vua zeboel. Et Hebræus, per zain scribit, nec aliter Nebiēsis in Targum Ioseph cæci, & i Arabica interpretatiōe. Chaldæus quoq; noster. Syriæ dixit, <sup>q p h a h g</sup> **و ا ح و ا ح و ا ح و** Vaic zib vaic zobahh. vltima litera dictionis zobahh est aspiratio fortis, qua & Hebræus & Ioseph cæcus, in dicto iam nomine vsi sunt. Arabs quoq; per. ze. vel. zai. vndecimam alphabeti literam vtrumq; nomen scriptitat dicens. vzb vzabina. ¶ Decima nona litera est. da. consonantiū duodecima, quae loco. d. capitur, vt in quarta Ogdoadecimā psalmi sub litera. daleth. aperte videtur. Et in psalmo 132. Memento domine dauid, ait Indus. Thazacharogzia ladaunith. Hebræus. Zechuor iehoua ledauid. Ioseph cæcus. Idchar iehoua ledauid. Arabs. Adchar iarbdaud. Syriæ vero Chaldæus, <sup>h</sup> **ا ا د ح ا ر و م** æthdachir morio ldauid. & plura vide supra in .ta. octaua consonante. ¶ Tertia decima consonans est. ga. vigesima

vigesima in ordine literarum, quæ pro. g. scribenda est, & gamel hebræo, & similibus respōdet, vt in tertia Ogdoadē psalmi Beati immaculati, vbi Indus pro titulo illius Ogdoadis posuit gamel, nomina quoq; gebal, agareni, & ga laad, de quibus in psalmo. 82. & 60. vt supra à nobis etiā dictum fuit, per. g. scribuntur. **Q**uintadecima cōsonās est, ta, vigesima prima in literarū ordine, quam Io. Potken cum aspiratione scripsit, cum nihilominus illā p. teth. hebræo, & chaldæo, quod aspiratum non est, in nona Ogdoadē prefati psalmi. 119. apposuerit. Videtur autem esse scin. a. hebraicū inuersum. Et aspiratio huic literæ addita remouenda est, & octauæ consonanti copulanda, vt supra in ipsius octauæ consonantis explicatione tractauimus, & pro. thau. hanc vero pro. teth. accipiēdam diximus. Præterea hoc nomē. hhataim, idest peccatores, cōmune est Indis, Chaldæis, Hebræis, & Punicis, & omnes per aspirationem fortē. hhet. teth. Aleph. iod. & mim. vel. nun. scribūt. Nam Indus cū hac consonante scripsit. hhatoan. idest peccatores, in psalmo primo. hebræus ibi. hhataim. cœcus Ioseph. hhataæ. ibi Arabs. lhhatiñ. & scripsit per literā. te. sextam decimam alphabeti, quæ. t. simplex est, vt supra explicatū fuit. Chaldæus Syriæ,  hhatoia, & ibi Arabica interpretatio,  alhatiin. Cæterum in psalmo. 109. vbi nos, græco vsurpato vocabulō, dicimus. Et diabolus stet à dextris eius. ait Indus. vuasaitan iokumo baiamanu, & satan stet in dextram eius, & nomen saitan per. scin. & teth. scriptum est, per hanc videlicet literam de qua tractamus. & per eandem etiā hebræus scripsit,

m psit,



nemq; illam nomini. Thomas. addēdam rationibus manifestis, superius à nobis adductis dicendum est. Paulos quoq; cum hac litera à Potken scribitur. ¶ Sequitur vigesima tertia litera, consonantium sexta decima, quæ. za. dicitur. & pro. zadich. vel. zode. vel vt aliqui volunt. sfade. aut sadich. vt. 8. Ogdoade superius citati psalmi, quæ titulo zade prenotatur, in qua dicimus. Iustus es domine. Indus ait zadok antha ogzia. & hebræus, zadiq artha iehoua. eisdē enim literis nomē zadich scriptū est, per. *z*. nimirū. *z*. & . *p* . Prima dictio istius Ogdoadis. s. vuahhozocha castiganda est, vt dicat vuazazacha. Simili modo prima septimæ lineæ dictio, vuagabrochacha. idest. & seruus tuus, in emēdatis codicibus antiquis est. vuagabrochasa. quod cacophogniæ euitandæ gratia factum esse arbitror, nec semel tantum in quamplurimis etiam psalmis obseruatū est. ¶ Vigesima quarta quæ sequitur litera & consonantium decima septima, simili modo, za. nominatur, forma tātum à superiori discrepans, virtute vero eadem est. Confundūtur quippe inuicem vt notum esse potest, ex dictione psalmi. 40. prima. bzuo. idest beatus, sed ratione quiescētis. o. sextæ stantiæ, dicemus. bzue. vel. bzui. quandoquidem vltimum. ain. o. sonans, non penitus aphonum remanet, sed per. e. vel. i. rapūssime proferendum erit, ita vt vix discernē queat, an in. e. vel. i. vel etiam, o. desinat, & scribit per hanc literam. bzua. Tamen in tertia linea eiusdem psalmi vbi habemus, & beatum faciet eū in terra. Indus dicit, vuaiabazo & cum priori litera. za. scribitur. Lucæ vero primo, vbi dicimus. Ecce enim ex hoc beatam me dicent, seu beatificabunt me, Indus ait, iasth bazoani, & cum hac consonante

m ii scripsit



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

scripsit. Simili etiam modo in fine psalmi. 143. beatum dixerūt populū, cui hæc sunt, ita Indus ait, vvaſthab zoouuo. & beatificabunt siue beatum dicēt, nam dictio ista ab, vva, ex Indorū consuetudine incohanda fuit, & proinde lineæ penultimæ dicti psalmi addenda. Et hic obiter animaduertendum censui, quod verbum hoc, non ab. a. sed ab. i. debuisset initium capere, quando quidem litera. a. quæ in futuro additur, primæ personæ indicatiua est. I. vero tertiæ, vt nouerunt, qui literarum, ethan, vim non ignorāt, nisi forte cum Rabi Iosi, in commentarijs libri geneſeos hierosolyma lingua scriptis, ad primam personam pluralis numeri referre velimus, ac dicere, beatus populus, cui sic est, hoc est, dicemus beatum populum illum, à quo regis cessauit furor, mutatus scilicet est rex à furore quo percitus erat. Præterea, ſcin, & thau, in principio addita, quem nam verbi affectum insinuent, considerare inquam debebunt, qui hebraicas, chaldaicasq; in verborum coniugationibus præceptiones familiares habent. ¶ Penultimam syllabarij literam Ioā. Potken, ſa, appellauit, & cum. ſ. scripsit, vigesima quinta litera est, & consonantium decima octaua, de qua propter ea quæ in explicatione nonæ consonantis supra diximus, & illis inherentes asserere audemus, literam hanc ab indis pro. pe. raphato inuētam, pro ea scilicet insinuanda voce, quæ est raphati. p. apud hebreos, nec. ſ. latinum seu mauiſ colicum digamma esse, sed Punicum, Arabicumq; mutuatum, phe, vt quod à dextro in sinistrum per planam (vt aiunt) lineam ducebatur, à leua suspensum, punctis pro diuerso vocalium sono variatis, in dextrum deflectatur latus. Qui autem fieri potest, vt quod omnes ferè orientales linguæ

linguæ ab hebraica initium capientes, pro millenario numero primæ alphabeti literæ nomen, scilicet, aleph, accipiunt, vt in psalmo. 90. vbi dicimus. Cadent à latere tuo mille, hebraicus textus habet, אלף תורו mizidcha eleph, & Chaldaica Ioseph cæci interpretatio in eodē loco.

אלפין<sup>A</sup> alphin, & respondens Arabica Nebiensis,

אלאלף Alalaph, & Syriaca Chaldaicaque interpretatio, נפחלן nephflun

men satroch elpha. Arabs Syriae, مسمو

Isktun min gnbch alupha.

Et psalmo. xc. Quoniã mille anni ante oculos tuos, ibi hebraeus, & Ioseph cæcus, חיל אלף chi æleph

scanim. Arabs Neb. אלפ סנה alph snhe. Chal.

Siria. متال دالف سنين Metul daleph senain.

& ibi Arabs, אלפ סנה Lan alph snhe, &

psalmo. cv. hebraeus textus, לה אלף דור Le æleph dor, in mille generationes. Ioseph cæcus, לאלפין דארין



Lalpin darin. Chaldæus Syriae, لالف دوق

Loleph dorin, vtraque Arabica interpretatio cõfor

mis est, آلف گیل Ali alph gil. Indus

pro mille, اسارتو مooth, idest decẽ cẽtum, & pro myriade, آولاف,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Aolaph, & in canticis canticorum cap. 4. vel. 5. electus  
 ex millibus, om aoleph, idest ex millibus, & in vulgato lo-  
 quendi vsu pro mille, olph & elph, sicuti & pro centum fa-  
 cta metathesi. o. literæ, omoth, quod alias mooth, esse debe-  
 ret, cum & Hebræi, & Chaldæi, pro centum, meah, dicāt.  
 Et obiter hic notandum est Indos, ain, & .a. literis, mutuo  
 uti, quod patet ex dictione, assartu, decem significanti, nam  
 in supra dicto cap. 4. can. canti. per, ain, in cap. vero. 8. p  
 a. scripta est. Et omnes vno scribendi ordine, alep. millena-  
 ri) significatiuam numeri dictione per .p. finiāt, & per .ph.  
 p. scilicet (vt hebræorū vtar dicendi consuetudine) rapha-  
 to proferunt, in vocem. f. iam nostri desinentis, & solus In-  
 dus, qui se chaldæum iactat, latino. f. seu colico digamma-  
 vtatur, coniectura sane assequi non possum. Præterea in  
 psalmo. 135. Pharaonem Hebræi, Chaldæi Syriæ, & Io-  
 seph cæcus, Punicis, Arabicisq; tam orientales, quam me-  
 ridionales, & occidentales, quin & Græci, Macedones,  
 Armenici, Dalmatæ, & vtriusq; Missiæ, ac Gotiæ incolæ,  
 ac Latini per .p. aspiratum, seu .ph. scribere passim cernun-  
 tur, & Exodi quoq; 15. in cantico Moysis, dolores obti-  
 nuerunt habitatores philistin, Græci per .phi. scribunt.  
 Hebræi per .א .pe. seu .א .phe. Thargū Iomathig, biphse-  
 sceth, Syriaca Chaldæorū interpretatio,   
 daphlesth. & Arabica,  Philistin.  
 Indus vero. flostoem. per. f. At quo singulari privilegio  
 solus Indus latinū. f. in his, atq; id genus alijs nominibus,  
 sibi vsurpare è tā distatibus cœli climatibus ausus fuerit, ap-  
 tis licet, ac linceis (vt sic dicā) cernere oculis nequeo. Sed  
nec

nec Argum illum, quem cæcum fingunt oculos habuisse, crederem, si adesse spectare valeret. Proinde alijs istud studiose inquirendum relinquo. ¶ Ultima literarum syllabarum Indorum, vigesimum & sextum (sacrū videlicet magni illius diuini nominis, tetragrammaton) numerum cōplet, & consonantium decima nona est, taf, græci, & T. latini formam, effigiemq; præferens, a Ioanne Potkēn. pa. inscripta. Ad nullū in toto opere Romę impresso vsū venisse apparet, quando quidem nec in psalmis, nec in canticis, sed in cantica canticorum in cap. 5. iuxta nostram diuisionē, secundum vero Indorum partitionem. 4. in fine lineę tertie decimę, vbi nos dicimus, venter meus eburneus distinctus sapphis, carsu selada karna nage deba obona sanoper. Primam literam istius nominis que. scin. est, quinta syllabarum littera, crediderim amouendam, & in eius locū. samech. quę septima in ordine literarum est, substituendam, vt cum hebræo conueniat, cui idem præciosi istius lapidis nomen cōmune est, & per. samech. & phe. dagessato. iod. res. iod. &. mim. idest sappirim scribitur, vel vt græcus interpretat, sapphis, per. w. p. &. φ. ph. In Thargum vero Ionathæ, Exodi. 28. & 38. pro sapphiro. מצב sabziz & sabzez, cum. scin. scriptum reperitur. Et in numerali quidem officio, vno variata modo, octauum numerum indicat, mutatione vero alia, vigesimum, atq; alia sexagesimum. Addita vero seu diducta a transversali linea pēdente ad æqualem mensurę proportionem alia. w. pi. græci quadrati figuram ostētat, octuagesimumq; numerū significat. itcirco haud temere ab ipso Potkē, dictū arbitror, Chaldęos vtroq; p. rarissime vti. Et tandem literarum syllabarum indorū conformationis

## INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

finem facimus. ¶ Superest tamen vigesima consonans, quæ est. vua. i. s. in ordine literarum, & licet vocalis sit, cōsonans tamen plerūq; est, quemadmodum de. u. latino, & vide, &. u. Macedonum, ac Dalmatarum dixisse iam credimus. ¶ Quatuor vero aliæ illę literę, quæ extra syllabarij ordinem esse videntur, egedem tamen sunt, alio tantum punctorum additamento differentes, & .u. adnexum ante quam libet quinq; vocalium habentes, ipsum nunquam, nec vocalem suam remittunt, sicuti plerumq; illę quę in. sads. in. se. xta videlicet stantia, reperiuntur. ¶ Quinimo nec disyllabiam, duarum scilicet syllabarum numerum minuūt, quā ob causam syllabę potius quam literę merito sunt appellandę, ac pro longis sunt semper accipiendę, vt chuo, per. ω. omega, & cum quatuor alijs vocalibus. a. e. i. u. non aliter & guo, & kuo, & hhuo, quę est aspiratio fortis, de quibus exempla habere poteris, in psalterio & canticis Romę impressis, ne in recensendis illis plusculum fortasse temporis frustra conteramus, & de indorū literis hæctenus sit dictū.



De Iacobitarum, Cophitarumq; consonantibus.

¶ Quatuor & viginti habent Cophitę, & Iacobitę consonantes, non multum à Graecis & Macedonicis dissimiles. Quarū prima. vueda. dicitur. . quæ penè graecū vita. s. tibi ob oculos representat, & pro. b. latino accipiendā est. ¶ Secunda gamma. . . loco. g. nostri, & gāma. γ. graeci. ¶ Tertia delta. . . pro delta. δ. & . d. sumenda. ¶ Quarta, zfo, seu, cfo. . . quæ licet consonans sit, vt plurimum tamen pro sexta numeratione ponitur; nec in alium apud illos fore vsum obseruaui. Nā & ipsi, graecorum more, per literas alphabeti suos computat numeros. & idem

& idem penè est ac. zielo. tam Macedonicum quam Dalmaticum, quando quidem raro vel nūquam aliter vsurpatur. ¶ **Q**uinimo sicut apud Dalmatas istius loco semper ferè ponitur. zemle. ita apud Iacobitas sequens litera, quae in consonantium numero quinta est, & sieta dicitur, durius tamen hæc aliquantulum quam zita sonat, & media quædam videtur esse litera inter zita & csi. Est autem sieta. græcum. ζ. zita, & latinum. z. representans. ¶ **S**exta consonans theda. dicta est, & pro. th. latino accipitur, & si in summo clauderetur, si extremæ scilicet duæ lineæ in capite se contingerent, sicuti in infima parte se tangunt, eadem procul dubio esset, atq; Græcorum, Macedonum, Rusiorumq; .θ. thita. ¶ **S**eptimo loco succedit Caba. quæ pro. c. latino, & græcorum. κ. kappa nobis est. ¶ **O**ctava consonans est Lauda. & hæc a græcis. λ. lambda dicitur, & l. exprimit, & est ferè Chaldaicū quadratū. olaph inuersum. ¶ **M**e. & græcum. μ. mi, & latinis m. est, nonumq; consonantium numerum implet. ¶ **N**yn. decima sequitur cōsonans quæ pari modo tam græcum. ν. gni, quam latinum. n. est. ¶ **V**ndecima. acs vel axi vocatur, & idem est γ. cs. & x. latinū, & Græcum, Macedonicū, Goetiumq;, seu maioris Rosiū, aut ( vt aiūt ) Rufum. ξ. xi. ¶ **D**uodecima consonans est. pi. p. scilicet latinum, & sicut nomine, sic & figura. pi. græcum est. ¶ **R**u. tertia decima consonans, eadem cum græco. ρ. rho est, & licet latini. p. formam præferat, pro. r. tamen nostro accipitur. ¶ **Q**uarta decima consonans vocatur sigma. & semicirculi sinistra pars est, & c. latinum ob oculos tibi objicit, qua figura pro. s. vtuntur, ne dum Iaco-

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

bitæ & Cophitæ, verum etiam Graeci, Macedones, Bulgari, Seruiani, Rusii, & Dalmate, quamquam Græcis etiã alia alterius formæ sint pro sigma elementa, non secus atq; latinis, quibus aliud est. s. quod aiunt, rotundũ, aliud. ſ. longum, idem tamen potestate elementũ est. ¶ Quinta decima consonans. . Taf. appellatur, & parum aut ferè nihil à graeco & latino. T. differt. Sed nec ab vltima Indorum litera. Ta. quam supra diximus pro. p. ab illis vsurpata, in eo dumtaxat differetiam ostentat, q; caudam in leuissimum latum (scorpij) in modum deflectit acutam. ¶ Sequitur phi, sexta decima consonans, quæ parũ aut nihil à phi. graeco, quin nec a piur vel phiur quoque .ϕ. armenico, & a. fert. tam Macedonico quam Dalmatico, & nobis pro. ph. latinis inseruit. ¶ Decimum & septimũ numerum consonantium litera illa obtinet, quæ Simonis Petri Apostolorum Principis fratris, Andree scilicet Apostoli Crucem æmulatur, & .x. latinum esse videtur, & .chi dicitur, sicuti nomine, ita & virtute & figura. x. chi graecorum, & chir Macedonum, Rusiorum, Bulgarorũ, Seruianorum, nec nõ & chir Dalmatarum, nec dum à typographis publice tradditum, similitudinem præferens, nobis vero pro. ch. succurrit. ¶ Decima octaua consonans appellatur epsi. . hæc litera tridenti Neptunio sceptrisimilis est, nec multum à psi. . graeco, & Macedonico dissimilis, latinis. p. & .s. representat. Hæc Dalmate nõ habet, sed pro ea latinorum more pocoĩ & slouo vtũtur. ¶ Decima nona cõsonans est schei seu scei. . & pro. . scin dextro hebraico ponitur, & à nobis latinis pro. s. & . c. ac etiam

etiam, sch. accipienda est. ¶ Vigesima consonantium est  
 chachi seu ciachi . . . . . dissyllabū, clausum & patēs, nā  
 vt de . 𐤒 . mim Hebraica, & . 𐤒 . mim Chaldaica, &  
 Tartarica seu Punica litera superius dictū fuit, quod  
 scilicet alia est clausa . 𐤒 .  . alia patens seu aper  
 ta . 𐤒 .  . eodem quoque modo & de hac ipsa  
 litera dicendum est. Quandoquidem & in fine aliquādo  
 neclitur, interdum vero haudquaquā coniungitur, vt vi  
 deri potest in suis paulo ante descriptis characteribus atq;  
 figuris, & ch. latinis auribus sonat, quamquam non adeo  
 crassum, vt in . chir. Et . cia. vel . chia. pro vnica syllaba assu  
 mi debet, perinde ac si Nugas ī materno nostro idiomate  
 velles enūciare. Nā isthęc Nuge sunt. Certamente queste  
 sono ciaciare, trissyllabice ciaciare proferēdo, ita vt vix pers  
 cipi queat, an . i. in prima & secūda syllaba proferatur, quā  
 uis ab eo incipere, & in . a. terminare videatur. Proinde . ci.  
 & . chier. Macedonici, nec non & . ci. & . cieru, vel chia  
 ru Dalmatici in prolatione normā obtinebit. ¶ Vige  
 gesima prima consonans dicitur gieusa vel ieusa, ac hieusa  
 cum aspiratione leni . . . . . vt apud Armenicos in suo  
 gie . 𐎂 . & videtur esse lamaliph Punicum, & vuandas  
 lorum prima alphabeti litera . . . . . quae . aha. dicit, & . a. lite  
 re fungitur officio, triplicemq; habet proferēdi formam,  
 proinde etiam varias nobis literas insinuat. g. scilicet . y. &  
 by. vt in Armenicis conformationibus dicitur. ¶ Viges  
 ima secunda consonans est Sima . . . . . vt Hebraicū samech,  
 . . . . . n ii & Chaldaicū



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

& Chaldaicum somchat, & vt. s. latinum, remisso naturali paululum sibilo leniter proferendum insinuat, & medium nescio quem sonum iter. s. & z. habere videtur, Patelet con quādoq; reperitur, sicuti & Macedonicum. ier. & Dalma ticum omonymon apud quos, cum in medio tū vel maxime in fine dictionum in consonantem desinentium superabundat, & quamuis scribatur non tamen ob hoc *ος ει το αλιωτων*, profertur. ¶ Vigesima tertia cōsonans est, quam penē omisseram litera *ve*, quā licet vocalis sit, sæpenumero tamen (vt de non nullis aliarum linguarum vocalibus dictum fuit) consonans efficitur, iccirco etiam hoc loco in consonantium numero computabitur. ¶ Sequitur litera *Di* vigesima quarta & vltima tam consonantium quam alphabeti literarum, cruce[m] nobis figurās, atq; mystice insinuans, quod si optatum tandem beatitudinis finem consequi desyderamus, ad illum per crucē à cruce nobis properandum, & in cruce tamdiu (Messihæ Saluatoris nostri exemplo) immorādum esse, quādiu, quod ille pro nobis æterno obtulit patri, eidem pro viribus, fidei ac necis vicaria compensatione repēdamus. Accipitur autem hæc litera etiam pro. d. & pro. t. & nōnunquam loco alterius literæ fuisse suffectam indicat. Vt cum tafgræcum post gni positum reperitur, non inquam per .t. sed per .d. ex regula & græcorum loquendi vsu profertur. Quod quidem vel his qui modice & summis, vt aiunt, labijs, græcarum literarum prolationem libauerint, manifestum esse potest. Neq; enim Antonium per .t. literam tenuē scriptū, per .t. proferimus, sed per illius andisticham, delta videlicet mediam, Andonium, si hellinismū sapimus, enūciabimus.

Idem


Idem & de hac quoq; litera Iacobitarum vltima pro præfenti conformatione censendum est, vt ad Macedonas aliquando veniamus.



De Macedonum Dalmatarūq; cōsonantibus.


¶ Macedones & Gotij seu mauii Rosii vel Rufii, Scythiæ maioris, vntus ve Sarmatiæ partis incolæ. Et q; vtrāq; inhabitant Missiam, Bulgari, & Seruiani, nostra hac tempestate nominati, eodem ferè alphabeto vtuntur, tribus tantum quatuor ve literis non nihil variatis. Ad numerū Homerivatis *per hoc dicitur*, quatuor & viginti consonantes habet. Posthabitis etiam exceptisq; duabus illis, uch, videlicet & fath, vocalibus, quas pro consonantibus aliquando diximus assumi. ¶ Quarum prima est buch & pro. b. accipitur, vt in psalmo. 48. Quiq; terrigenæ & filij hominum, simul in vnū bogati, i, u, bogati, idest diues & nō diues siue pauper, ibidem eisdem & verbis & literis, quo ad nomē literarū tantū, Dalmatē vtuntur, & paulo post, bratine izbaimi, hoc est frater non redimet, redimet autē homo vel vir. Et in plurali numero in psalmo. 132. Ecce quam bonum & quam iocundum habitare bratij, idest fratres in vnum, & ibidem. Sicut vnguentum quod descēdit na bradu bradu aaroniu, in barbam barbam aaron. Et in omnibus psalmis in quibus habetur. Beati nomē, quod blazeami dicunt, cum hac prima consonante buch scribitur, quā Dalmata etiam hoc modo figurat. Vuandali vero p. b. habent literam quam buchf appellant. ¶ Secunda consonans vide dicitur, & haudquaquam à vita græcorū & Iacobitarum, nec etiam à B. latino quadrato differt, & hæc est, quæ aliquando pro. u. consonante succurrit. Et  
Dalmatica



SYRIACAM ATQ. ARMEN. 52


stini, Vincentij, Geruasii, Pauli, & in quam pluribus alijs ponitur loco. u. latini, cum pro vocali, tum pro consonante, exempla si adducere vellem, longam nimiū telam texerem, iccirco ad aliam consonantē descendō. ¶ Quæ glagola siue glagole, tam Macedonibus quam Dalmatis dicitur & .g. nobis representat, vt in psalmo .60. secūdū numerum Hebræorum. *Moi iesi galaadi, meus est galaad.* Idem ait ibidē Dalmata, vbi Hebraica litera, & Ioseph cæci, gilead, Syriæ nostra Chald. 

dili hu geloodh. vtraq; Arabi.  li hu gilaadh. Indus ziaia vuothu galaado vel galaad, cū sit sads. stantix quiescentium. Et in hoc quoq; loco linceo spio lectori oculos exopto, si modo per obscura quandoq; Chaldæorū nemora vagatus est. & in psalmo .83. vbi dicimus, moab & agareni gebal amō & amalech, hac litera vtūtur Macedones, Dalmatæ, & reliqui. In dictione tamen gebal, Dalmata non vtitur litera ista, sed iise. HP. dicens, iieballi vel gieballi, nam & pro gemino .ij. & pro .hi. aspirato, ac pro .gi. accipit. Ibi Hebraica litera. Moab ve agrini gebal ve ammon ve amaleq peleseth. Nebiēsis chaldaica interpretatio. Moabaz ve hungeraç gublaç. ve amonaç vaamalquaz, vflisthaç, idest moabite & hungarini te gebalite & ammonite & amalechite & Palestini, Arabica. Muab vaamhagrini gabal vaman vama liq. Syriaca chaldæorum interpretatio. 

•  Vadmoab vadgedroie. .thhhu mo doomū vdaamaliq. vadflesth. & Arabs

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

& Arabs ibi.  Val muab

 Val muab  
 valgdranijn tchum amun vamaliq vphlistin. Indus autem  
 dicit. Moab vuaagarauuijan nebal vuaamon vuamalek  
 vua elofoli. Addidi vltimam hanc dictionem elofoli, qua  
 Indus etiam in psalmo. 107. pro philistijn vtitur, vt com-  
 prehendat lector vnde manarit hec vnda, nun ab Hebreo  
 Chaldaeo, Arabico ve fonte, qui pelest & phlest ac phili-  
 stijn habet, an a graeco i quo scribitur. Allophili meta ton-  
 caticondon tyron. idest allophili seu alienigenae cum ha-  
 bitantibus tyrum. In hoc psalmo. 83. in psalterio Romae  
 a Ioan. Potken publicato in vltima dictione nonae lineae,  
 vuaaraiu, loco. ra. substitui debet. la. paruum, vt dicat, vua-  
 alaiu. Simili modo in secunda vndecimae lineae dictione,  
 scilicet laidumeia, addere opus est, sextae stantie, & quintae li-  
 neae in syllabario musitans. s. vt dicat laidumeias, & quintae  
 lineae ante finem psalmi addenda est litera in ordine literae  
 syllabarij quinta decima, & pronūciabitur vuaiethhafaru.  
 hoc est, & erubescant vel confundantur, ita enim in emen-  
 datis Indorum codicibus scriptum est, & hoc illorum exi-  
 git stilus, vt optime nouerunt, qui Indorum linguā callēt.  
**C**Alia consonans dicitur dobro & pro. d. capitur, vt  
 in psalmo. 105. aliās. 106. Aperta est terra & deglutiuit  
 dathana & dathan, de qua in Indorum consonatibus satis  
 abunde dictum fuit. Rosius quoq; seu mauius Rufius, hac  
 vtitur litera pro. d. vt clarum nobis esse potest, ex capite pe-  
 nultimo libri Samuelis, Regum scilicet secundi. In quo re-  
 censentur post Dauid, & Eleazarū filiū Ahoi, & Semma  
 filium

filium Agge, de Arari, & Abisai fratrem Ioab, filium Sar-  
 uia, & post Banaian, filium Ioiade, quem fecit sibi David  
 auricularium a secreto, triginta nobiles & fortes viri, qui  
 fuerunt cum David, quorum nomina Gotius siue Rufius  
 hoc ordine describens exprimit, videlicet. Azael brati loa  
 uoui mezi tridcietmi myzmi. Elianani fini diudi ciariu  
 Davidoua otuithleotna. Sammaa' ot Ararij. Elichau: ot  
 Arodiu, Gelijsi ot Phaltij. Girai fini Accijesou: ot thecyia  
 Atiezeri ot Anatota. Mouonai ot Vzati. Selmoni Ago  
 itfcij. Macharai Metophacifcij. Elephi fini Vaana:oui itoi  
 teze. Metophacifcij Ithai fini Riua:eu: zieu:atcha ot sinoui  
 venaminouichi. Vanai Pharatonifcij. Geldai ot potocy  
 Gaasa. Auiatoni Arbachitfcij. Azamaue:thi ot Berony-  
 ma. Eliaua ot Sauonima. Sinouiat lasenoui dua Enatani,  
 i Narani. Samani Znorodi, Gaiani fini Sara:eu: i Arani  
 Arochitfcij. Elepheslechi fini Azua:eu: fina Machacijo-  
 ua. Geli:am fini Achitopheleui Elonicifcij. Esrai Zcarme  
 liu. Pharai ot Arbiju. Gaal fini Nathanou ot Souaiu. Vo  
 miati Zgaddiju. Seilechi Zi Ammona. Narai Verochit-  
 fcij muzi nosciustij oruzie' Ioauouo. fina Saruijna. Girai  
 Etriatfcij. Garebi oni teze Etrifcij. Vriju Eththeifcij. Vle-  
 schi sichi myzei silnihi biloesti tridciethi ifedmi, hoc est.  
 Azael frater Ioab inter triginta viros. Eleanan filius patris  
 Regis David de Bethlehhem. Semmaa de arari. Elicab  
 de arodi. Gelees de phalti, & quae sequuntur caetera vt in li-  
 bro praedicto. Et primo Paralipomenon cap. 10. ex qui-  
 bus Hebraicarum literarum, cum Graecis, & Latinis, Ma-  
 cedonicis, Rufus, & caeteris variarum linguarum literis, co-  
 nformatio, clarissime nobis innotescit. Et ista posita hic sint,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ne eadem sæpius repetamus, periodosq; non nihil forsitan ultra metam procedentes, facere cogamur. Quando nec eques quidē, expertus licet, & veteranus, callidusq; agitator, cum semel equo à repagulis incursum acriter, calcari- bus adiectis concito, & flammam penè ex naribus efflāti, habenas relaxauerit, vix antequam ad metā peruenerit unquam cohibere, sustinere ve potest. Ita scribēti contingere sæpe solet. Cum inter enarrandum quæ illi placeāt, ac scitu digna videantur, vbi primum extra lineam calamū duxerit (quamquam etiam laconice *κατα σύνθεσιν* scribere nitatur) haud facile tamē intra periodi metas quæat omnino se continere, quin plerūq; longius quam crediderat ire cogatur, & in alteram tertiam ve nonnūquam pagellam scribendo procedere. Sic quoq; & mihi paulo ante fortasse, in explicatione verbi *φραγος*, contigit. à quo dum participiū medij præteriti pephagota formādum dicerem *παράδοξα*, in mentem venit, phagotū illud, scilicet Afranij patruī mei musicum singulare instrumentum, ab hoc fortasse verbo nomen (præter tamen nomen illud primū experimentis intentionem) sortitum fuisse. Quod dum ob oculos ponere tentarem, multa quæ ibi dicta sunt, & quæ scitu digna videbantur, ac sine quibus instrumētū *χορὴ* explicari minime potuisset, adposui. Quæ (etsi breuius etiā enarrari nō valuissent) sciolo cuidam, qui professorē se veritatis, simulata quadam sanctimonia profitetur, haudquaquā grata visa sunt. Quod scilicet periodi metas excedere videatur, & iccirco (an tamen id recte nescio) in hac tam varia, multigenarumq; linguarum varietate referta, traditione nostra, contractos etiam breuesq; verborum ambitus & cō-  
prehensiones

prehensiones, nec nō incisiones, quatuor (vt ait Cicero) hexametrorum instar versuum, requirit. Quod etsi in oratore aut poeta fortasse quærat, qui cōtinuationē in quodam numero extruunt, non hic profecto idem numerus seruari potest, sed opus est, vt eiusmodi verborū circuitus aliquando labantur, quo ad finem vsq; perueniāt & sistāt. Proinde dum satis aliorum opinioni, & mihi ipsi facere p̄curo, sp̄ōte, is ton auton lithon proscruo, vt etiam, quæ ibi perperam dicta fuerunt, recte intelligantur. Neq; enim in Pannonia sed Ferrariæ in Reuerendiss. tunc Cardinalis Estensis ædibus instrumentum ipsum primo fabricatū fuit. Et coriacius follis, qui dum à leuo cantoris brachio premitur, instrumentum (vt sic dicam) animat, & fandi quasi facultatē prestat, ligari potest, vt dixi, ac sine vinculis ad musici arbitrium retineri. Organū quoq; ipsum seu phagotum, ne dum sedenti verum etiam deambulātī, & in eo cāsanti, digitosq; ludendo discapedinātī musico, vsui esse potest. Simili modo & illorum illustrium virorum superius recensita nomina, literarum conformationem scire cupiēti demonstrare poterunt, si quibus Ruffiorum conueniant literæ, quærens, ad ea tanquam ad scopum, firmissimumq; illarum exemplar oculos conuerterit. Totius enim alphabeti literas, ibi comprehensas intuebitur, & latinis consonibus respondere facillime cognoscet, & tandem ad reliquas consonantes explicandas reuertamur. ¶ Quinta igitur sequens consonans Ciuite siue Sciuite appellatur, & litera quædam media est inter .c. & .s. & .z. nostrum, & linguæ intra dentes submissa extremitate, sic pronuntiāda est, vt vix discernere quæras vtram ex tribus suprascriptis li-



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM



teris proferas, vt in psalmo primo. Blacemi musi ize, idest  
 Beatus vir qui, in quibus dictionibus litera ista reperitur,  
 & iccirco illam cum tribus latinis literis scripsi. In nomine  
 proprio Drusine, quam nos Drusianam dicimus, loco. s.  
 accipitur. In Izina & Zilberta, hoc est Iginio & Gilberto,  
 pro. g. sumitur. Hinc ortam illorum consuetudinem arbi-  
 tror, qui Anzelos pro Angelos dicunt, & Ambroggio  
 pro Ambrosio, quamquam haud recte per geminum. g.  
 scribendum crediderim, quandoquidē litera ista in dictio-  
 nibus illis locāda sit, in quibus lenis, nō aspera & dura re-  
 quiritur prolatio. Dicunt præterea Blazij cum litera ista,  
 quod nos remisso aliquantulum sibilo, & ad zita grecum  
 tendente Blasii per. s. pronuntiamus. ¶ Sexta consonans  
 est Zelo, quæ parū vel nihil à quadrato siue (quod aiunt)  
 rotūdo. S. latino, & homonymo Dalmatico zielo in figu-  
 ra videtur esse differens, & fortis atq; vehementis sibili lite-  
 ra est, ac ferè vt zadich Hebraicum, & Chaldaicum Syriac-  
 cum, atq; Maronitarum zode, aut duplex. ss. geminum ve-  
 zita pronunciarī debet. Quod ex suo etiam significato in-  
 sinuat. Semper enim pro vehementer, & valde & nimis, &  
 id genus alijs in sacris accipit literis, vt quod Hebræi *no*  
*meod*, Chaldæum *cæci* *am* lahhada, Syri Chaldæi, &  
 Maronitæ, *ⲛⲟⲟ* rauerboith. & vtraque Ara-  
 bica litera habet, *ⲛⲟⲟ* gda. In psalmo. xlii. Iuxta  
 nostrā computationem, in quo dicimus. Quoniā dij for-  
 tes terræ vehementer eleuati sunt, ait ibi Macedo. Iaco bo-  
 zij drizaunij zemlie fiatlo vel silo viznesofese, & bozi &  
 drizaunij p siuite scripta sunt. Dalmata vero ait. Iaco bozi  
 cbapcij

cbapcij zemle fielo vznakefe. & in sequenti psalmo vbi dicimus. Magnus dominus & laudabilis nimis. Macedo ait. Velei gospodii chualni filo. Dalmata quoq; viali gospodii chualni fielo. & in psalmo. 6. Anima mea turbata est valde. Macedo. Idusa moia smutife fielo. Dalmata ibidem. Idusa moia smietife zelo. Quo in loco aduertendum est, quod licet Dalmatæ peculiarem literam & consonantem in alphabeto suo habeant ziolo. In nullum tamen aliū illis vsus venit, præterquam in numeralem, octauū scilicet numerum illis significās, & cum ise decimum octauū, & gradatim cum alijs literis ad numerorum multiplicationē ascendendo semper pro octauo intelligendū est numero. Promiscue autē in nominibus & verbis, alijs ve dictionibus zemle & ziolo vtuntur. Proinde obseruandum erit, vt quotienscunq; inueneris apud Macedonas scriptam literam ziolo, si eiusdem loco Dalmaticum zemle substitueris ( vt supra de scin & somchat Chaldæorū Punicorumq; mutua vicissitudine dictū est, ) quod Macedonicū fuerat, Dalmaticum efficies. Confundunt tamen etiam Macedones ipsi, istas inuicem cōsonantes, vnam quandoq; pro altera ponentes, vt in psalmo. 8. Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum. lunu izuazdei. idest lunā & stellas, vbi dictio zuazdei cum zemle scripta est, etiam apud Dalmatas. Nihilominus in psalmo. 135. &. 148. Idem Macedo zuazdei per ziolo scripsit. Simili modo & in psal. 23. At tollite portas, cnezi, idest principes, vestras. & ibi hoc nomen, cnezi, bis repetitum est. & primo quidē loco per zemle, secundo vero per ziolo scriptum cōspicitur, ibidem tamen Dalmata, tam in primo quam in secūdo





cnezi

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

cnezi, scilicet principis nomine posuit zemle. ¶ Septima  
 consonans zemle appellatur, terramq; significat, vt in ora  
 tione dominica, apud Lucam euangelistam, sicut in cœlo  
 ina zemli, & i terra, ait Dalmata. Cuius prolatio, & si iam  
 satis in superioribus expressa fuerit, quo tamen clarius ma  
 nifestiusq; id fiat, quod dictum est. Sciendum quod sicuti  
 figura similis est. z. zita græco, & z. latino. ita & potestate vi  
 ceq; eorum fungitur. Nam & pro. z. & pro. s. virtute in il  
 lis latentibus, vt in græcorum consonantibus declaratum  
 fuit, accipi posse patet in psal. 67. Cnezi zabulon i cnezi  
 neptalim, & in psalmo. 82. Pone principes eorum, Iaco  
 oreba izuba izebea isalmanu, idest sicut oreb & zebeq; &  
 salmana, in quo psalmo, Hebræus, Chaldæus, Syrus, Græ  
 cus, & Latinus, quinetiam Arabs, tam orientalis quam oc  
 cidentalis, & Dalmata, & Indus interpres eadem vtitur lite  
 ra zita siue zain. Vbi notandum quod licet salmana per. s.  
 scriptum sit, à græcis & ab his qui à sinistro in dextrū latus  
 scribunt, ab Hebræis tamen, & ab his qui à dextro in sini  
 strum latus calamum ducunt, per zadich seu zode, & tzat  
 scriptum est. Quod vero pro. s. accipiatur, & si exempla  
 multa sint, vnū in presentia nobis satis sit ex prædicto psal.  
 82. vbi dicitur, sela idumeiscaa izmailite, idest tabernacula  
 idumeorū & ismaelite, nomen ismaelite per θ scin dextrū  
 ab Hebræis scribitur, & ab Indis p sin, à Græcis p. σ. sigma,  
 atq; à Latinis per. s. nec non etiam per sin Punicum repe  
 ritur in psalterio Nebiësis episcopi vbi dicitur, va ismailijn.  
 Nec mirandum quod Arabs hic sin, pro scin posuerit, quā  
 do quidem ille eidem mos sit, & id (vt etiam aliàs dixi) ferè  
 semper obseruavi in psalterij Arabica interpretatione, quā  
 & occidentalem,

& occidentalem, & orientalem habeo, vt pro  $\psi$  scin, tam iamin, quam  $\psi$  sin smol, duodecimam sui alphabeti literā sin substituant. Raro vero accidere solet, vt tertia decima illorum litera, quæ triplici insignita in vertice puncto, & tri no veluti diademate coronata, tumido inflatoq; spiritu, & erecta ceruice procedens, schin appellata est, Hebræorum imitari scripturam dignetur, siue ita coniungi, vt in eodem nomine concurrat. Quod diligens lector facile animaduertet, posteaquam oculi (vt in prouerbio est) nostra hac admonitione illi aperti sunt. Et ob hoc quoq; comprehēdet in prædicto psalmo, in Targum cæci non fuisse scriptū ismaelitę, sed ve arabae, id est & arabum, quod etiam in Syriaco Maronitarū psalterio reperitur,  vaderboiæ, id est & Arabum, & in hoc quoque loco pari modo considerabit, id quod a nobis (vt reor) in superioribus notatum iam fuit, Chaldæos scilicet pro Hebraico camez ponere odom, iccirco quod illi Arabæ, Syros erboiæ, etiam .e. loco .a. (vt sæpe alias) facta literarum mutatione, expressisse. Arabica vero interpretatio, tam in prima quam in secūda syllaba seruauit aliph dicens,  val arab, & Arabum, quamquam hic singularis sit numeri. **C**Octaua naturalis consonans est caco, (quam tamen Dalmata nonā habet) Græco,  $\kappa$ . cappa, &,  $k$ . latino multum

## INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

multum similis ac. c. representans, eandēq; enunciationē habēs, vt i psalmo. 44. Smyrna istacti i casia, idest myrrha & stacte ( quam nostra interpretatio guttam appellat ) & cassia. Dalmata autē ibidē dicit. Zmurna istacaeti i casia, Et in hoc quoq; loco considerandum est, quod vbi Macedo i Smyrna posuit slouo, ibi Dalmata substituit Zemle Hebræa litera habet מור ואחלוט וקציוח Mor vaahaloth vqzioth, Ioseph cæcus, מרדא ואסקילא ליהוון וקציעתא, me ra veasquila leauuan vqziatha. Arabica Nebiensis almar valmihet valslihhet. & Chaldaica Syriacaque interpretatio,  Mur vquasia vesatqueta. Arabs ibi,  Almir valmiee valsllice. Indus vero. Charbe vuakonath vuafalihhoth. Vltima hæc dictio, Salihhoth, eadem est quæ & Arabica Syrorū aslice. Armeni quoque, Myrrham,  Murhs vocant. Matthæi secundo. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei.  Patarags osci ieu enduc ieu zmurhs. idest munera, Aurum, Thus, & Myrrham. Nec prætereūdum est Cassiam, quam per cappa à Græcis, & à Macedonibus, Latinis, & Dalmatis scriptam vidimus, ab Hebræis, & Chaldæis per quoph, & quph, pari modo scribi, quod sanè.

sanè nobis argumentum præstat dictam literam quoph, à maioribus nostris etiam pro. c. fuisse vsurpatam. Cæterum in psalmo. 28. duo sunt nomina, quæ à caco incipiūt, videlicet, cedrij libani scije, hoc est. cedros libani, & cōmouebit dominus, pustiniu cadiscu, id est desertū cades. Dalmata, pustiniu cadscuiu. Græci τῶν ἐρημῶν καὶ ἀδης, tin erimon caddis. Ibi Hebræus dicit מִדְּבָרָרָר midbar quades, Chaldæus cæci, מַדְּבַרָרָר madbera dirquam, in deserto requā p quoph, licet in Nebiësi psalterio sit scriptū. recham. p. ch. & Arabs ibi, brihe quads per. Cap. vigesimā primā literā alphabeti, quæ vbiq; pro quoph scribitur. Syrus vero Chaldæus, & Maronita, مَدَّيْ دَوَّيْ مَدَّيْ madebro dquades. Arabica quoque ibi interpretatio, مَدَّيْ دَوَّيْ مَدَّيْ brihin quades. Indus ait, lahhakofa kades, & scribit cades per .k. quamuis litera ipsa sit quph, & pro ea in. xix. Ogdoadæ, psal. cxix. posita sit. Armeni, cum Græcis, & Latinis, Dalmatis, & Macedonibus cōueniunt, dicentes. ԿԵՂԱՐՈՒ. ciedaru, per c. literam scribentes, & quamquam eadem litera etiā pro quoph, accipi possit, vt plurimum tamen pro. c. vsurpari solet. Dalmata pro octaua consonante habet. HP. literam, quam supra diximus. ise. appellari, atq; in vocalium & consonantium numero computari, quandoquidē pro duplici. ij. &. hi. &. gi. quæat assumi. Cū ea namq; licoria, id est Georgium, & vijlia, pro vigilia, & Eijdi, pro Egidij p scribunt,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

scribum, & Malachiz. 3. cap. Se az saliu angela moego.  
 Ecce ego mitto Angelum meū. In quo loco pro. g. litera  
 ponitur, & in psalmo. 129. vbi dicimus. Et videas blaga  
 ierusalem, idest bona hierusalem, pro. i. accipitur. Videtur  
 autem aliquando cum. iath. litera cōfundi, vt patet titulum  
 siue inscriptionem Aggei prophetę legenti, vbi sic scriptū  
 est. Pocineti ageia proroca. idest, incipit Aggeus prophe  
 ta, in agei nomine, in vltima, & penultima syllaba, est litera  
 ista, &. g. & .i. fungitur officio. In textu ibidē sequitur. Fa-  
 ctum est verbum domini. In manu ageia proroca. hoc est, in  
 manu Aggei prophetę, in agei nominis secunda syllaba,  
 est presens litera, in vltima vero est litera. iath. Istarū litera-  
 rum vicissitudinem, mutuamq; inter se mutationē, ex Ioelis  
 prophetę, cap. 1. cognoscere facillime possumus, si verba  
 illius infra scripta cōsiderauerimus. Ostanaci cirui poiasti  
 cobilicha, i ostanaci cobiliche poiise pruzi, i ostanaci pru-  
 gou poiise cirui. hoc est, residuum erucę comedit locusta,  
 & residuum locustę comedit brucius, & residuum bruci  
 comedit rubigo. In hoc verbo comedit, videlicet proiasti,  
 & poiise ponitur nobis ob oculos, mutuus inuicem suc-  
 cedendi vsus inter. iath. &. iise. Nam in verbo proiasti, vide-  
 mus iath, in poiise vero, cernimus hęc literam de qua tra-  
 ctamus esse scriptam. Possem ad hoc ostendendum multa  
 similia, ex sacris literis exempla referre, sed vnū pro multis  
 sufficiat, ex secundo libro Machabeorū. Bratij ize sut po  
 eijpti, idest. Fratres qui sunt per ægyptum iudei, hic in di-  
 ctione ægypti pro. g. ponit, & paulo infra. In nine ciastate  
 dni senophegię mifeca cazleu, hoc est. Et nunc frequen-  
 tate dies senophegię mensis casleu. In dictiōe senophegię,  
 pro. g.

pro. g. intelligitur. & in capite secundo. Vani dni vsta matatai sin ijoana sina simiona eriai iz sinoui ijoarimonic ot erusalima i siede i gori modini i mise sinoui peti ijouannus ize prediuafese galdisi, hoc est. Surrexit in diebus illis Matatas filius Ioannis filij Simeonis sacerdos, ex filijs Ioarin ab hierusalem, & cōsedit in monte modin, & habebat filios quinq, Ioannan qui cognominabatur gaddis, in istis nominibus Ioānis, & Ioānan, prima litera est de qua i presentia loqmur, & a qua facile potuit originē traxisse, quod in vsum penē cōmunē venit, vt cum in sermone materno, Ioannis, & Iuuenis nomen scribere intendimus a .g. incipimus dicentes, Giouanni, & metathesi facta. u. literæ in omicrō, seu mauiis, & rectius, meo quidē iudicio, in omega, & in eam prolationem, qua Indi literas. Sabo. idest septimæ stantiæ proferre cōsueuerunt in. o. nimirum obtusum, quod scilicet tendere in. u. videatur, vt etiam de Armenico. vuo. cum. viech. simul connexo, in superioribus dictum fuit, Giouane, dicimus, non tamen ob hoc vltra tres syllabas protendimus. In nono, vero cōsonantium numero Dalmatę literam. caco. posuerunt, quæ, vt de Macedonia paulo ante relatum est, nobis pro. c. seruire potest, vt Hester cap. 1. scriptum est, & pendebat ex omni parte tentoria aerei coloris & carbasini, hoc vocabulum hebraice ibi scribit *צָרָא* carpas cū. p. dagessato, & græcè *καρπασίνος*, carpasinis, & Dalmata ait, i. visachu iza vfacoe satoti aerliago licia i carpasina, hoc est. Et pendebat ex parte omni tentoria aerea facie siue aerei coloris & carbasina. Vbi notanda est mutatio. p. in. b. id quod a nostris sepe fit, & a græcis, quando quidē. b. media est inter. p. &. ph. & mutua alterius,



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

in alterā transitio facile plerūq; (& id profecto concinne) fieri solet, vt in verborum græcorum coniugationibus videri potest, & à nobis in græcarum consonantium explanatione breuiter notatum fuit. Sequitur in eodem capite Hester. Poueli Naumanu, i Bazatau, i Arbonau, i Bagatau, i Abgatau, i Caratu, i Carcasu, sedmini emnogomi, hoc est præcepit Nauman, & Bazata, & Arbona, & Bagata, & Abgata, & Carat, & Carcas, septem eunuchis, vbi etiā ab Hebræis כרס carcas per ך chaph, scribit. Quin etiā in eodē capite vbi dicimus. Posito super caput eius diademate. Dalmata ait. Poloxeniu na glau ee corunoiu, pro Diademate coronam dicit, quam etiā Hebræus כתר ether, per chaph scriptā appellat. Simili modo & in primo Machabeorum cap. 8. ait Dalmata, i vzloxise sibi corone, id est & imposuerunt sibi coronas, nos ibi diademata scripsimus. Et in eodem cap. 1. Hester, vbi enumerant septem sapientes, videlicet Carsena, & Zetar, & Admata, & Tharsis, & Mates, & Marsana, & Mamucha, septē duces Persarum qui vident faciē Cæsaris, id est regis, vbi Dalmata eadē nomina hoc ordine exprimit. Carsena, i Setar, i Admata, i Tarsis, i Matefi, i Marsana, i Mamuca, sedmini cnezi persau, i Midou ize vijachu licie Ciesaroui, hic in Carsena, & Mamucha, & Cnezi, est litera ista de q̄ tractamus, quæ p. c. sumit Hebræus כרסנא Carsena, & כרסנא memuchan per chaph, scripsit. Reliqua septem eunuchorum, septemq; superscriptorum principum nomina, hoc in loco ob id posita sunt, vt etiā in suis literis, cum de his tractabimus, repetita censeantur, & conformatio earūdem cū nostris cognoscatur, ne sæpius idem recēdere cōtingat.

Vnum

Vnum præterea hoc nequaquam silentio prætereundum duxi, Cæsaris scilicet nomē, apud Dalmatas, Macedonas, Rufios, Misiosq; p regis nomine vsurpari, p inde cernere nequeo, q possit vera esse illorū opinio, qui dicūt Cæsare primū a cælo matris vtero denominatū, cū id nomē, ante illū Cæsare, qui sexta matre in lucē prodijt, pro rege iam diu vsurpatum sit. Scrutētur vero diligentius hoc, qui curiosi sectantur, interim nos consonantium cōformationē prosequamur, si prius tamen Vuandalos pro. c. & k. literā quam tſieca, vel cſieca appellant, habere dixerimus.

**C**Nonna Macedonum consonans est. gliudi. quam Dalmata alio modo scribit & in decimo consonantium numero reponit, latinum nobis ceterarumq; linguarū. l. indicat, vt in superius scripta consonante patescit, cū dictū est cedros libani, & in psalmo. 90. Na aspidu v basiliscu nastupijscij paperosi lieua i zmia, idest. Super aspidem & basiliscum ambulabis & conculcabis leonē & draconē. Et in nominibus proprijs Loth, Luciana, Longina, Lazara, Laurentia, Laura, Luppa, Lunu, Lewi, & in titulis quamplurium psalmorum, Haleluiah, & Dalmata. Judith primo, idem clare nobis insinuat, cū ait. I postea cna vsemi ziuustimi, v cilicij, i v damasci, i v liuani, i cna rodomi sustimi, v carmeli, hoc est. Et misit ad omnes qui habitant in cilicia, & in Damasco, & in Libano, & ad gētes existētes in Carmelo. Et hic quoq; lector adhibe mētem, ne putes in dictione cilicia esse. caco. quia per. c. latinum scripta est, nā illud. c. tam capitis, quā penultimæ syllabæ est. ci. nō. caco. de quo in ante dictis à nobis facta fuit mentio, dum nugas materno (quod aiunt) sermone trisyllabice proferendum diximus.

**INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM**  
 diximus. Et in capite secūdo eiusdē libri habemus. Prizua  
 Nabucodonosori Ciesari, Oloferna Cneza voistua suo:  
 ego, i recie emu, idest. Vocauit Nabucodonosor rex, Olo  
 fernem principem militiæ suæ, & dixit ei. Nec hic te volo  
 clausis, cecuciētibus ve oculis, dictionū literas præterire.  
 Nā quarta litera dictionis Nabucodonosor, non est, vide.  
 tertia alphabeti litera, sed. vch. quæ omicron, ypsilon, Ma:  
 cedonibus exprimit, simili modo etiam illud. u. dictionis  
 emu, quæ, ei significat, eadem est vt supra dicta, & persæpe  
 pro duplici quoq; .uu. accipitur, sicuti etiam. vide. pro. u.  
 & .s. vita græco, ita tamen vt ad. b. prolationem minime fle  
 stat. Vuandali literam. l. non habēt, sed nec etiam in alpha  
 beti nominibus reperitur, præterquam in litera penultima  
 quā. scholā. nomināt, & pro. sc. a nobis accipiēda est.  
**¶** Decima consonās vocatur. mislete, & eadem figura &  
 penē nomine est, cum. mi. græco, & quadrato. M. latino,  
 vt Maria, & I superius citato psalmo. 82. Moab, Ammon  
 Amalech, Madian. & in psalmo. 77. Diuisit seu. iterrupit  
 more, idest mare, & paulopost. Iodizdi imi mannu iacti.  
 Pluit. scilicet. illis manna, ad manducādum. Dalmata ibi  
 dem conformis est. Hebræus pro manna dicit  $\text{מָן}$  man cū  
 camez. Chaldeus Nebiensis  $\text{מָן}$  manna. & Arabica ibi  
 interpretatio.  $\text{مَنَّان}$  Almn. Maronitarum vero  
 textus habet,  $\text{مَنَّان}$  Manno. Arabs Syriæ,  $\text{مَنَّان}$   
 Almunan, & hoc etiam loco notabis, quod vbi  
 hebraica litera habet camez, & Ioseph cæci Chal  
 daica interpretatio, in nomine māna habet. pathā. in prima  
 & camez

& camez i secūda. Syriaca litera loco camez, habet odom  
 & profert manno, quod catholicum est apud illos, & iam  
 sepius dictum fuit. Indus quoq; mana, cum vtroq; .a. lon-  
 go, & vnico. n. scripsit. Gręci vero *μαννα* māna . Armenici  
 autem *ܡܢܢܐ*, manna . Hanc nonnulli medicorū  
 aiunt . Arabice dici *من* vel *من* <sup>A A A A A</sup> *masacha-*  
*magha*, denominatam . *ܡܢܢܐ* <sup>A A A A A</sup> *tereniabin*, ac etiam  
*ܡܢܢܐ* <sup>A A A A A</sup> *firacost* , quamquā in libro aggregatio-  
 num dicat Serapion, Tereniabin esse mel roris cadētis su-  
 per arbores i terra coraseni in oriente. In cātico Abacuchi  
 habes, zemle madianiscię, idest terra madian . & in psalmo  
 109. Secundum ordinem Melchisedechou, hoc est Mel-  
 chisedech. & psalmo. 59. Manassij, & Moabi . Manasses  
 scilicet & Moab . & psalmo . 79. Siedeina cherubimiai  
 iauise priadi ephemomi, i beniaminomi, i manasiemi. idest  
 sedens super cherubin manifestare coram ephraim benia-  
 min, & manasse. & psal. 18. & dulciora sup meda i zsita,  
 idest mel & fauum . Dalmata meda ista. vterq; pro melle  
 meda posuit. & Gręci *μελι* meli appellāt. & i psalmo . 76 .  
 alias. 77. Deduxisti populum tuum ruciu moyseouiu i  
 aaronieiu. idest manu mosaica & aaronica, vbi ceteri p ma-  
 num Moyfi dicunt & aaron, eadem nomina habentur in  
 psalmo. 98. & . 102. Hęc literam Dalmata in vndecimo  
 consonantium loco habet, & idem nobis indicat, vt in dia-  
 cto libro Iudith capite secūdo in quo ita scriptū est . I prie-  
 de epratu i pride v mesopotamiju i razbi vte gradi vilocie  
 cibiecho ondia ot potoca mambre dumdiaxe prichodise  
 cmoru

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

emoru i odrxa vſe pridiali ee ot cilicie dari docoraciji ape-  
 te ci ſut naiugo. Ipriuede vſe ſini madijamſcie . hoc eſt . Et  
 tranſiuit Euphratem & profectus eſt in Meſopotamiam,  
 & fregit ſiue deſtruxit omnes ciuitates excelfas, quæ erant  
 ibi, a torrête Mambre, vſq; quo peruenitur ad mare, & oc-  
 cupauit terminos eius, a Cilicia vſq; ad fines Iaphet, q ſunt  
 ad auſtrum, adduxitq; omnes filios Madian . Et Micheæ  
 cap. i . ſlouo goſpodne exe ſtuoreno eſti cmichiju mora-  
 tetinu. id eſt. Verbum domini quod factum eſt ad Micheā  
 morathitem . Et Malachiæ . i . Brieme ſloua goſpodna  
 cijzdrauiliu v rucu Melechiæ proroca . id eſt . Onus ver-  
 bi domini ad iſrael in manu Malachiæ prophetæ. Poſſem  
 hoc loco in medium adducere, tam propria, quam aliarū  
 rerum nomina, ab. m. incipientia, & quæ cōmunia nobis,  
 & Græcis aliſq; gentibus eſſe videātur, ex quibus huiuſcē  
 literæ conformatio pateſceret, ſed in præſenta iſta ſufficiant,  
 quando, vt vides in ſuperius recēſitis diſtionibus, ne dum  
 m. litera, verum etiam reliquæ penè omnes alphabeti literę  
 ſuis conformibus reſpondeāt. Vuandali pro hac litera ha-  
 bent quam. mum. appellant. ¶ Sequitur. Nas. vndeci  
 ma conſonans quæ loco. n. in omnibus ferè linguarū di-  
 uerſitatibus ſuccedit, præfertimq; in nominibus proprijs vt  
 Nymphodora, Niceti, Neſtora, Narcifa, Nicula, Nazaria.  
 & in pſalmo. 67. Cnezij Nephthalimoui. id eſt Principes  
 Neptalim, ibi Dalmata, Neptalimli. & in canticō triū pue-  
 rorum, apud Daniele. Benedicite Anania, Azaria, Mi-  
 ſael dominum, ibidē habes Noſti. id eſt. Noctes, à qua di-  
 ſtione facile descendere ſeu formari potuit nomen auis  
 nocturnæ, quam Bubonem ſeu Niſticoracē appellant.  
 vt in pſalmo

vt in psalmo 101. Factus sum iaco nostnī jurani na nirusi.  
 idest, sicut nicticorax in domicilio. Dalmata ibi, nostni  
 uran na nirisite. & in psal. 18. Dani dani otrigaieti glagoli  
 i nosti nosti vizuiostate razumi. idest, Dies diei eructat  
 verbum, & nox nocti indicat scientiam. Et hic aduertendu  
 dum est in primo nomine noctis, vbi dixit nosti nosti, q̄ il-  
 lud. i. quod terminat dictionē nosti est. Ier. quod vt pluri-  
 mum, tam in medio, quā in fine dictionis apud Macedo-  
 nas & Dalmatas <sup>περὶ ἰσοων ἐστὶ</sup> perisson est, superuacaneum  
 nimirū atq; redundās est, & scribatur licet, non tamen ob  
 hoc proferri seu exprimi debet. Iccirco ne oberres, hoc lo-  
 co semel te admonitum esse volui, vt cum in dictionibus  
 exempli gratia adductis, duplicatum n̄ inueneris, id factū  
 esse putes, ne litera dictionis aliqua omitteretur. Proin-  
 de in re iā tibi ob oculos posita, ne cecucies, sed animum  
 aduerte ad elocutionis, pronunciationisque candorem, vt  
 ibi tātum geminum i, pferas vbi videris necessarium fore,  
 tamen si scriptū appareat. Et ceu Arithmeticus, vc apiros  
 ciae amathis, in tua computatione, superfluum in partē re-  
 pone, vt ipsum cum oportunū fuerit, iterū sumas. In hoc  
 vero psalmo Dalmata ita scribit. Dani dani otrigaieti gla-  
 goli, nosti nosti vziuestaieut razum. Alij forsitan nosti, no-  
 sci dicerent. Quandoquidem ibi est litera quæ scia & stia  
 dicitur, & pro. sc. accipitur, ex quibus. x. latinum. csi. græ-  
 cum constant. Nec minus etiam pro. s. & .t. vt sit cum. sta.  
 Macedonico elemento in hoc nomine posito conformis.  
 Isthæc & si videantur minimi, aut prope nullius esse mo-  
 menti, tamen quia possent animum discantis in ambiguū  
 cōstituere, placuit illa insinuare legēti. Quod vero litera  
 q̄ ista

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ista cum .n. latino cōueniat, ex dictionibus superius haec tenus adductis, clare innotescit. In quibus scilicet in medio vel in fine .n. reperitur, quæ sine illo haud quaquam bene responderent. Hanc præterea literam in duodecima consonantium numeratione Dalmata locauit, & eodem nomine appellauit. nas. & sicuti. nun. Hebræis, Chaldeis, Syris, Punicis, & gni. Græcis, & alijs quæ pluribus, ac. non.


Vuandalis, ita pro .n. nobis succurrit, quæquam figura omnibus diuersa sit, etiam Dalmatis ipsis. quippe litera eorum. nas. quæ dudum typis excussa circumfertur. p. latino. rho. Græco quadrato, & .Ia. Indo, similis admodum existit. Quæ vero nec dum publice per omnium manus versatur, latina (earum literarum quæ currêtes dicuntur) inuersa aspiratio videtur, si modo, quod dextrû in illa est, læuum fiat, ne quod supereminet deprimendum ceruicẽ ad ima flectendam, postremam ve partẽ ad sydera erigendã, forte fortuna intelligeres, & talis est atq. .n. officio nobiscum fungitur, vt Naum. .i. Brieme neuÿta cnize vidine nauama sina elcesieua, idest, onus neniuitarû liber visionis Nauum filij elcesina, & Thobia. .i. Thobia vistinu ot coliana i ot grada neptalimla ixe estina nisnichi galileg, nasonia liaui i musti gradi sapeti. idest, Thobias ex tribu & ciuitate Neptalim q̄ est in superioribus galileg supra Naalon, post viam quæ ducit ad occidentem, ad læuã habens ciuitatem Saphet. Ex istis (vt arbitror) istius literæ cōformatio cum latina habunde satis manifesta est. ¶ Sequitur Pocol. duodecima inter consonantes litera, quæ virtute perinde est, atq. p. latinum, & aliarum linguarum eiusdẽ potestatis elementû, vt Petra, Paula, Platona, Porphiria, Pelagia,

Pelagia, Pamphila, Proba, Papilla, Parmena, Procora, Procopia, & alia quamplurima in sanctorum descriptione per mēsum ordinem cernere licet. Præterea in psalmo 149. habemus. In tympano & psalterio psallant ei, ubi Macedo & Dalmata, duo isthæc nomina communia cum latinis habent, ait enim ibi Macedo, vi tympania i psaltiri dapo iuti emu, & Dalmata, i tumpania i psaltirami dapo iuti emu, quin & in psalmo. 150. aiunt supra scripti, chualite iego vi tympaniat i liciat, hoc est. Laudate eum in tympano & choro. Laudemus proinde & nos Deum omnipotentem, atq; misericordem, qui in instrumento isto, huiuscæ elementi conformationem, consonantiamq; cum nostris latinis notam facere dignatus est. Hanc literam Dalmata in tertio decimo numero habet, & illa quæ nondum typis excussa est, duplicis quadrati Græcorū. gamma. geminiquæ Macedonum. glagola. simul copulati effigiem præferere videtur, nec tamen ad literæ formationem duo hæc elementa eo modo nectuntur, quo dudum eoles firum digamma contexere voluerunt, vt vnum scilicet alteri insideret. sed mutuo in hoc vinculo sese tangendo complectuntur, hoc sane modo & p. intelligimus, vt ex superius adductis prophetarum verbis satis superq; notū esse potest. Vuandali duplex. p. habēt, simplex scilicet & compositū. & simplicis figura talis est, qualis & typographici Samaritaniani iam supra descripti. beth. &. ptes. appellāt. Compositum vero dicitur ab eis. xzadz. & semp pro. pz. pro. p. nimirum & z. nunquā separatim positus intelligit. ¶ Erci. r. videlicet, Macedonibus tertio decima, Dalmatis quartadecima cōsonās, illa est, quā Atheniēsis ille Democritus, q ii sthenes,



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

stheneſ, cui ſine dubio Cicerone iudice ſumma viſ dicendi  
 cōceditur, primam licet illius artis cui tradebatur, quū di-  
 cere non poſſet, tantum, ex Phalerei ſententiā, exercitatiōe  
 effecit, vt pleniffime diceret, eurica to rho rheroraumenō,  
 inueni inquit tandem rho (ſi phas eſt dicere) rherorizatū,  
 cuius exemplo tentemus & nos literam iſtam cū latina no-  
 ſtra, aliarumq; linguarum. r. conformare, vt eandem om-  
 nino habere prolationem, ex multiplicium diſtinctionum co-  
 latione oſtēdamus. Ablegata in primis etiam a maioribus  
 noſtris iam dudum illa, maiorum quoq; noſtrorum dicen-  
 di conſuetudine, maioribus, melioſibus, laſibus, ac (vt Fe-  
 ſtus Pompeius ait) ſeliſ, pro maioribus, melioribus, laſi-  
 bus, ac feriſ, & cum Apio Claudio, poſt Centimanum  
 alium, ex Pomponij Iure conſulti autoritate in libris di-  
 geſtorum, de origine iuris, lege ſecunda, paragrapho iuris  
 ciuiliſ ſcientiā, non Valeſios, neq; Fuſios, ſed Valerios Fu-  
 riolq; dicamus, & nomina in ſacris libris reperta, ſaltē ali-  
 qua, in quibus. r. ponitur conferamus. Imprimiſq; in pſal-  
 mo. 86. vbi dicimus. Memor ero raab & babilonis, ait  
 Macedo, Pomeni raabi i babilonici, & Dalmata, Pomeni  
 rab, Hebræus apud quē pſalmus iſte. 87. אֶזְבִּיר רַהַב וְבַבֶּל  
 azhir rahab vbaueſ, Antiochene eccleſiæ, Chaldeoꝝ,  
 & Maronitarum, necnon Siritæ Thargum habet,












dacar Irohob valbobil iedothi, & eorū ſolita Ara-



bica interpretatio اذحير راهب adcar Irahhab,


Idem in Nebienſis epiſcopi Arabica eſt litera. Indus vero  
 ait,

ait, Ozecharon la raab. Cæterum Macedones, Dalmatæ, Rusii, seruũ, vocãt Rabi, in psalmo. 18. Etenim rabi, idest seruus, & ibidẽ. Et ab alienis parce raba tuo ego, idest seruo tuo. Et quod Græci pro mensa trapezan vocant, eodẽ & ipsi nomine vtuntur in psalmo. 22. Parasti in cõspectu meo trapezu, & in psalmo. 69. Fiat mēsa eorum, budi trapeza ichi. & in psalmo. 77. Nunquid poterit deus, vgotobati trapezu vi pustonj, idest parare mensam in deserto. & quod nos in psal. 132. dicimus. Sicut ros ermon, aiunt illi. Iaco rosa aermonisca. idem in cantico trium puerorũ, apud Daniele propheta. Benedicite imber, i rhosa & ros, & paulo post. Benedicite rosa, ros & pruina domino. idem habes in cantico Moysis, Deuteronomij cap. 19. Icnidmi iaco rhosa. idest fluat sicut ros eloquium meum. Hac litera eadem est Græcis, Macedõibus. & Dalmatis, de illa tamen Dalmatica quæ hætenus impressa non est. intelligere debemus. Quandoquidem illa quæ dudum publicata fuit, paruum latinũ, b. esse videtur, & rho. Græci, atq; Latini. r. vice fungit. Iudith primo, vbi habemus, Nabuchodonosor Rex Asyriorum, qui regnavit in Ninive ciuitate magnã, pugnavit contra Arphaxat, & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrim, & Iadafon in campo Erioch Regis Elicorum, ibi Dalmata hoc modo suis literis expressit, Nabucodenosori, Cesarai, asurcici txe cesarastuouase v neuĩnti gradi velicomi brafe protoue arpacfatu i pobiadi ego v poli velicomi exe zouette ragau blizi epratia i tilra vel tigma i iadafa v poli eliocha vel eriocha cesara elionscago. In præscriptis dictionibus, quot, r. vidẽtur totidẽ fere erci,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

erci intelligere opus est, ne in exemplis vestigandis & ad-  
 ducendis multum, vel etiam superuacanei temporis, impē-  
 damus. Vuandalī hanc literā ignorant, vt de simplici. r. in  
 telligamus, coniunctam tamen cū. o. habent, nominantq̄  
 illam. ouor. & pro. or. accipienda est, hoc est pro. o.  
 & r. simul in syllabam copulatis. ¶ Sclouo, quartadeci-  
 ma consonans, idem est virtute atq̄. s. latinum, & g. sigma  
 græcum, necnon & Hebræorum, atq̄ Chaldæorum sibil-  
 lantia elementa, exempla passim in psalterio habētur, & in  
 primis in psalmo secundo. Ego autem cōstitu tus sum rex  
 ab eo. Nad sionomi goroiu, hoc est. Super syon montem  
 sanctum eius, & nomen hoc, in psalmis quamplurimis eo-  
 dem semper modo scriptum reperitur, & ab Hebræis. &  
 Chaldæis, & Punicis per. zadich. scribitur  al cion,  
 idem & Ioseph cæcus, & per easdem literas scribit, & Ne-  
 biensis episcopus Per. c. nomen Cion interpretatur, & si p̄  
 zadich scriptum sit, ibidem in Arabica etiam interpre-  
 tatione sua  ali zeium. Syrus ibi  
 Chaldæus.  al zhe  
 iū turo dqudsi. Arabs ibi   
 ali. zhiun gbl qudsi. Similiter & Indus  
 per. za. scribit dicens. Bazoion. Græcus vero inter-  
 pres  episiō, & in psalmo iuxta hebraicā cōputatio  
 nē. 6 o. in quo nos dicimus. Letabor & partibor sichimā,  
 Græcus ait  siciman. Macedo & Dalmata. I razdia  
 liu, Hebræus vero per. scin.  dextrum scribit  secim  
 & Ioseph

& Ioseph cæcus ܕܘܨܘܦܐ biscechem, & ibi Arabica interpretatio.  Sagim, Chaldæus Syriæ  æthhhaial æno. vāphleg laschim, idest. Letabor ego, & diuidam sichem. Arabica Syrorū interpretatio ibidē

 Atqua ana vaqsam sachim. Vides lector optime quam concinne superiores recensite idiomatū diuersitates in vno nomine Sichem, seu Sichimā conueniant. Quantū vero diuersa sit interpretatio illa Indorum, in psalterio Ioannis Potken, & quantū Chaldaismi resipiat ex infra scriptis p̄dicti psalmi verbis, absq̄ liuore dijudica, ait quippe. Ogziabeher nababa bamakdasu otsefahh vuo otchafal mohorcha, idest. Deus locutus est in sancto, letabor, & diuidā spolia, nam mohorcha, spolia significat. vt in psalmo sapius allegato in Ogdoade penultima literæ. scin. in quarta linea, letabor ego sicut qui inuenit spolia multa. Idem in psalmo. 67. linea. 29. Speciei domus diuidere, mohorcha, idest spolia Atqui meo quidem iudicio, hoc nomen mohorcha, ex psalmo p̄dicto. 60. Siue iuxta Indorum numerum. 59. omnino remouendum est, & substituēdum. Sakima. idest Siccimam, quandoquidem psalmus iste a nona linea vsq̄ ad finem, ad verbum, repetitus est. in psalmo. 107. In quo mohorcha non inuenitur, sed Sikima legitur. Nec mirum si hic fortasse pro Sikima spoliū, ab occupato in varijs negocijs homine, substitutum est. Variæ quippe humana-


rum


## ● INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM


rum rerum curæ, naturales vsque adeo exficcare quandoque solent humores, vt plerūque spolient hominē, & vsū & attentione, ita vt apertis etiā oculis non videat, cū ex Philosophi sententia, intentio copulet sensum. Proinde ē in hoc quoque loco (dum mens hominis, mutabilitati obnoxia, per diuersa paululum hincinde vagatur) nomen vnum potuit incaute pro altero substitui, cum nec bonus semper vigilet, sed (vt in prouerbio est) quādoq; dormitet Homerus. Pius vero lector, atq; beneuolus ista consideret atq; castiget. Cæterum. sclovo. Dalmatarum quintadecima consonans, præter iam publicatam, alia quoq; est quæ tam etsi semicirculi læua pars sit, & latinum. c. æmulari videatur, ac per omnia similis sit Macedonicæ, pro. s. tamen nostro latino intelligitur, vt Iob primo capite. I postulatuste priziuachu tri sestri suoie. idest. Et mittentes vocabant tres forores suas. & paulo post, vbi nos dicimus. Dixit ergo dominus ad Satā. Ecce vniuersa quæ habet in manu tua sunt, tantū in eum ne extēdas manum tuam. Egressusq; est Satan a facie domini. Dalmata ait. Reciexe gospodī cfotoni, se vfa iafce imati v ruciu tuo ciu fut tacmo nani ne prostri ruci tuoee i zidexe sotona ot licia gospodna. Et librum suum Ecclesiastes ab hac litera incipit dicens. Slouosa ecclesiasta sina dauida cesara erusolimscago sueta sueti recie ecclesiasti efuti efuti i vfa efuti. hoc est. Verba Ecclesiastēs filij Dauid Regis Hierusalē, vanitas vanitatū, dixit Ecclesiastes, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Salomon quoq; Prouerbia sua, in hæc verba incipit. Pritcie Salamune sina Dauidoua Ciesara Izraelua, idest, Parabole Salomonis filij Dauid cesaris, quod sane est, Regis Israel.

Præterea


Præterea in psalmo. 67. habemus a Macedone & Dalmata, ubi dicimus. A facie dei. Sinaina. idest. Sinai, quod nomen ab Hebræis, Chaldeis, & Punicis, per samech scribitur.

Quippe dicit Hebræus שִׁנַי Sinai, Sirus. 

Sinai, vterque Arabs.  Sina. Græcus σιναι Si na, & εν σιναι εν sinain. Indus, per scin, sina ba sina. & in eodem psalmo. Super ea niue dealbabuntur, vi fermonie, in selmon. Vbi Græcus quoque εν σελμων εν selmon. Hebræus tamen nomen istud per zadich scribit dicens שִׁלְמוֹן bezalmon. Chaldæus etiã eadẽ litera vtitur.

 bzelmum turhe da


Ioho. vterque Arabs, 

 phi zelmum gbal allha. Indus vero per

scin scribit, lahala salmun. Samuelẽ quoque Macedo & Dalmata cum hac litera slouo scriptitãt in psalmo. xcviij. Moises & Aaron in sacerdotibus eius & Sam uili.

Hebræus per scin שְׁמוּאֵל vscmuel, Similibus literis

etiam Maronitæ scribunt dicentes 

 vascmuil bquoraii smhe. Indus

quoque scin in eadẽ dictione vtitur inquiring. Vna Samuelni mosla ola iozeuuou somo vel smo. Arabes vero tam

r Punici

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

operam in perdiscendis illis impēderis, labor enim omnia vincit improbus, & cognosces quod licet sane multę consonantes sine medijs vocalibus scriptę cernantur, non omnes tamen (vt de Ier Macedonico, atq; Dalmatico dictum fuit), pferendę sunt, sed quędā, quas vsus ipse docebit, efficietq; , vt quod in omnibus. (Philosopho teste) disciplinarum radicibus amarum esse solet, cum ad arboris cacumina fructus maturi apparuerint, eoq; pueneris, vt colligas, dulcescat. Necnon quę ardua, adituq; difficultia modo censentur, cum altos, extremosq; illorum vertices sudando tetigeris, ea omnia (Ascreo vate autore) facilia tibi, & vsq; ad eo peruia fiāt, vt nec dubites Herculis indissolubilē nodū posse dissoluere. Et Caduceū Mercurij Deorum nuntij, ac pacis nobile signū, tute posse gestare, difficileseq; oēs variarū linguarū plationes faciliter enuntiare, victorięq; signa exanclati laboris prę te ferre, & ad quintamdecimam consonantem transire. ¶ Tardo igitur quintadecima cōsonās eadem est, figura & potestate cū litera gręca, taf. simplici, & omnium aliarum linguarū. T. vt in psalmo. 46. Et dominus in voce turbia, quam nos tubam dicimus. Dalmata gospodii v glasia trubia. & dominus in voce tube, hęc vulgo dicimus, la tromba, & Macedones truba. & in psalmo 80. alias. s. i. Prinniate psalomi v dadute timpane, idest sumite psalmum, & date tympanū, ibi septuaginta interpretes, kaē dote tympanō, idest & date tympanum, in multis quoq; alijs psalmis, tympani ac tympanistriarū iuencularum facta est mentio. Et in psalmo. 86. Quis vnquam tyri nomen alio modo quam per. T. literā scribet, ac omnium auribus ingeret, aut quis trophima sancti viri nomē, cuius

memoria

memoria, in decimonono die Septembris, apud Macedonas celebratur, per aliud elementum quam per. t. auspicabitur. Aut Terentia quæ vno die cum Neonila, quarto kalendas Nouembris, apud eosdem honoratur. Aut illū tandem Pauli Apostoli charissimum in domino Titum, cuius laudes. 25. Augusti recensentur, & suffragia a Macedonum ecclesia exoptulantur, Zephirum vnquam dixerit, cum omnino Titus appelletur, nec binomius censeatur. Tardo igitur vt ex p̄dictis proprijs nominibus, & quā plurimis etiam ex alijs ante a nobis recensitis dictionibus, in qbus. T. syllabizat clare constat latini, cæterarumq; linguarū. T. locum obtinere, viceq; eius supplere. Notanda sunt igitur, isthæc, & in hac literarum obseruatione a te diligenda, vt psalmographus, in psalmo. 119. in Ogdoade ain, in versu penultimo, Macedonicis verbis ait, pacie zlatav topazia, idest super aurum & topazion, vbi Dalmata eisdem fere verbis vtitur, sed tantum addit ad topazion dicens. Itupancia, & septuaginta aiunt, yper chrylion kaetopazion. Hanc quoq; literā tardo in sextadecima cōsonantii numeratione hēt, & inuersum vide est, stās scilicet, quā doquidem supinum est vide. Aliam quoq; figuram tardo habent Dalmatæ nec dum publicatam, quæ ex plana linea diductis tribus æqualibus lineis formatur, ceu. m. Latinū non quadratum, productis aliquantulum hincinde cornibus, hoc sane modo & (si modo proprie dicere possumus). T. latini personam gerit, vt Thobia, Iudith primo, & tigma, idest Thobias & tigris, & Iudith secundo, Tharsisce, idest Tharsis, casteli echi, hoc est castella eorū, Toma, Tadiju, Agata, Catarina, Margarita, Anastasia, In his nominibus




## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM


ad. t. literam, quam grammatici, ea ratione illius cognatā  
 affeuerant, quod p. pulsare, pultare. & pro mersare, merta  
 re. aliquando vsurpatū fuerit, transeamus. Et quamquam  
 silentium in mysterijs omnibus (Tertuliano autore) maxi  
 me cōmendatum sit, summissq; laudibus Pythagoricum si  
 lentium extollatur. Nonnunquā tamen lucri gratia ab ali  
 quibus, citra virtutis actum, seruatum fuisse pditum est.  
 vt de Demade Oratore, quē aiunt, gloriari solitum, decē  
 se talēta a rege, vt taceret, accepisse. Et Demosthenē quoq;  
 legimus, synanchen, quam nos angynam dicimus, ea occa  
 sione. s. vt taceret, finxisse se pati, proindeq; a plebeio ho  
 mine obiectum illi fuisse, quod non synanchen, sed argy  
 ranchen pateretur. Mihi tamen hoc in loco, antequā de. t.  
 litera tractare incipiam, minime seruādū silentium censui,  
 quin potius mysterium ingens fore duxi, si illud abrumpe  
 rem, & loquendo, non modo Aristodemum fabularum  
 actorem, quem talentum vt ageret pro mercede accepisse  
 ferunt, superarem. Sed plurimum etiam mihi thesaurū re  
 positurum sperarem, si iam repositū, studiosis animis im  
 partirer, notumq; illis omnino facerē. Vuādalos, videlicet  
 literam. s. (de qua nobis est sermo) in suo alphabeto, non  
 simplicem, sed quatuor semper modis copulatam habere.  
 Aut enim cum. t. iungitur, sibi (vt diximus) cognata præce  
 dente, aut subsequente, vt in litera quam. tzads. appel  
 lant, & pro. ts. a nobis capiēda est. Aut cum altero. s. vt ge  
 minum. ff. intelligamus, in cuius nomen est. esse. & du  
 plicis. ff. officio semper fungitur. Aut cum. s. t. &. z. simul  
 complexis, eoq; ordine connexis, vt triplex iste literarum  
 nodus, nunquam in litera quam illi. Stchzh. appellant  
 dissoluatur,

dissoluatur, quippe semper pro. stz. sumēda est. Aut sane cum. c. inseparabilem hæc litera connexionem habet, vt in penultima sui alphabeti litera (de qua supra mentionem fecimus) schola, quæ semper pro. sc. simul iunctis seruire consuevit. Videor mihi videre dum ista refero, legētes somnia me recensere arbitratos, quæ tamen vera, fidelisq; traditione referuntur. Proinde non frustra etiam me suspicari posse, facile crediderim, quod si beatus ille ecclesiæ doctor Hieronymus, tantum in huiusce Vuandolorū linguæ, quantum in Chaldeorum lingua, literisq; cognoscendis, atq; pronunciandis laborasset, non illa profecto stridentia, anhelatiq; verba dixisset, sed hæc. Quæ præterquam quod ex infimo pectore, ex intimisq; pulmonibus depromenda sunt, grauiusq; inflata, & anhelata verba cognoscuntur, densum præterea stridorem quendam suscitare videntur, vt nec magis horrifer aquilonis stridor esse queat. Cū tres, sine mediâ vocali, scriptę simul consonantes profere de sint, & ille sane vel maxime, quæ a nostra connexion plurimum abhorrent, quam cognoscere possunt, qui consonantium in constitutione syllabarum connexionem nō ignorant. Id tamen studiosè lector te haud quaquam omnino deterreat, nec a peregrinarum linguarū lectione submoueat. Quandoquidem vt ait Hippocrates in secundâ Aphorismorum sectione, Perimendas archas kae ta teglipanda asthenestera, peride tas acmas ischyrotera. Circa principia, inquit, & fines, omnia infirmiora sunt, circa vero status fortiora. Quippe (vt Marcus quoq; Cicero ait) omnia rerū principia parua sunt, sed suis progressionibus vltia augentur. Sic tibi profecto amice continget, si assiduâ operam


INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Punici regni, quam Syria incolæ per zode & tzade, nomē istud incipiunt. & Arabes quidem, vt in Nebtensis Episco


pi psalterio 


·  vzmuil phi algin idgun basmhe. Sy

riaca Arabū litera habet 

 v zamuiil bdgai ismhe. Diuersitatis


causam in maiori vehementioriꝝ linguæ ad dentes ad pulsu cōsidera, in sibillanti etenim litera proferēda Arabes sūmitate extremaꝝ magis linguę parte vtūtur. In psalmo tñ iuxta hebraicā cōputationē. 78. Videntur oēs in litera ista conformes esse. Repulit (inquit ibi Asaph) seu reliquit tabernaculū silo. Macedo, i otrinu scijnju silomscu, & paulo infra, i otrinu selo iosiphouo, Dalmata fere idem dicit, i otrinu sciniu silomscuiu & infra, i otrinu sielo osipa uo. Chaldaicā litera Maronitarū in hūc modum se habet.

 vatgoo lmascno


dsilu, & infra, 

Asli Imascno da iuseph. & sua ibidem Arabica interpre

tatio.  vrdhal mascn silū

& ifra.  vardhal mascn

iuseph. Arabica Nebiensis Episcopi in eodem loco.

·  Vrpht, melhe silum,

& hic castiganda est dictio  melhe, vt



## INTRODV. IN CHALDA. LINGVAM

minibus Dalmata tenuit. t. vsus est. 7 Consequens est, vt post tenuem cōsonantem. t. scilicet sequatur aspirata sexta decima apud Macedonas consonans. th̄ta. quę similis admodum est græco homonymo elemento, & pro. th. accipitur, habetq; eandem enunciationem Macedonibus quam Græcis, vt iam dictū est supra, exempla patēt, psalmo. 47. alias. 48. In spiritu vehemēti cōteres, corablie tharshuscne, idest naues tharsis, ibidem Hebræus habet thau dicens. **תַּרְשִׁישׁ** anior tharsis, Chaldæus ibidem Nebiensis, **ܐܝܠܦܝܢܐܪܫܝܫ** ilfaia detarsis, & Punica eiusdē interpratio, **ܫܦܢܐܬܐܪܫܝܫ** Sphen tarsis. Chaldæus Syriæ.

**ܐܠܦܐܬܐܪܫܝܫ** **ܐܠܦܐܬܐܪܫܝܫ** **ܐܠܦܐܬܐܪܫܝܫ**

**ܐܠܦܐܬܐܪܫܝܫ** Bruhho ghasinto nethtabron ælphæ dtharsis. vbi etiam Arabica correspondens interpretatio habet. **ܐܠܦܐܬܐܪܫܝܫ** Saphn tarsis. Hanc

ditionē tarsis Ioseph cæcus & vtraq; Arabica litera per teth. scribit, & quamuis in Syriæ Arabica litera, appareat scriptū esse tarsis per thau, nihilominus loco teth, & secundum illius prolationem pferri debet, cuius indicium est, pōctus rubeus in vertice thau, dicti nominis tarsis locatus Nunc quid ibi dicat Indus audiamus. Banafas hhaial toka thakthon laahimara tarses, & Dalmata, corablie tirsie, Græcus interpret, en pneumatī viæo. s̄yntriplis plia tharsis, idem nomen habetur in psalmo. 81. & a superscriptis cū eisdem literis scribitur. Præterea in psalmo. 89. dictio thabor p hęc literā, th̄ta, videlicet p. th. & thau scribitur.

Ab Hebræis

Ab Hebræis, & Chaldeo, Ioseph Cocco, & Macedonibus, & Græcis, & Indis. Maronita vero, & si per. Thau. scribant. Signum tamen prolationis literę. Teth. addūt, rubeum, videlicet in capite, pūctum, & hoc tam in sua, quam in Arabica, interpretatione facere cōsueuerūt. Dalmata, cū hac litera careat, per. Teth. scribit, similiter & Arabica Nebiensis interpretatio. Teth. habet. Possē hoc in loco nomina, in quibus elementum hoc, primam mediam ve syllabam occupat, quam plurima in medium adducere, quę in libello illo reperiuntur, in quo per singulos menses nomina sanctorum recensentur, & quo etiam illius mensis die, in Ecclesia Macedonum memoria eorum fieri consueuerit, & inibi illorum quoq; Troparia (vt aiunt) atq; Conclacia scripta sunt, vt istius literę conformationem probarem. Sed quia traditio hęc nimium in longum traheretur, decem, aut duodecim tantum, seruato mēsiū ordine, nomina adscribam. Vt Aithala, in primo die Septembris, a quo Macedones, Annum incipiunt. Et Theocrista, die tertio. Ierothea' Episcopa, atbiniscago, die quarto Octobris. Theophana, die duodecimo. Aphthonia, die secūdo Nouembris. Theocristi, lezuijsije, die nono Thirsa, die quartodecimo Decembris. Eleutheria, quintodecimo. Theopenta, quinto Ianuarij. Athanasia, Archiepiscopi Alexandriscichi, decimo octauo. Agathi, quinto Februarii. Teodora, stratilata, octauo. Theofilata, Archiepiscopa nicomidiiscago, octauo Martij. Marca, Episcopa arethusiiscago, vigesimo octauo. Theodula, quinto Aprilis. Theodora, siceota, vigesimo secūdo. Thimothea, tertio Maii. Theodota, ize v ancyria, decimo octauo. Dor-

s

thea-

# INTRODU. IN CHAL. LING.

thea: Episcpa tirsago, quarto Iunij, Methodia, Patriarcha  
 Constantina grada, quartodecimo. Theodora, ancyrsca-  
 go, septimo Iulij. Athinogena: sextodecimo. Apostola  
 Matthia: nono Augusti. Apostola Thadea: vigesimo pri-  
 mo. Literam hanc Dalmata in alphabeto impresso non  
 habet, sed quæ nō dum typis excussa est. Thita. seu. T fert.  
 dicitur, & decimaseptima in consonantium numero, apud  
 eos est, & a Græco, Macedonico, Rusioq;. Thita. in eo dif-  
 fert, quod Græcorum huius nominis litera, orbis est, cum  
 linea diametrali trāsuersa. Macedonū vero, ouī oblongi,  
 figura est, cū linea parimodo p̄ mediū seccante, sed vtrūq;  
 periferiæ latus transcendente, extremasq; vtrinq; partes ad  
 ima non nihil flectēte. At Dalmaticū. T fert. quadrāgulū  
 oblongum erectum est, a linea hinc atq; inde nō recta, sed  
 recurua per mediū transfixum, & læuum latus ipsius li-  
 neæ ad ima, fornicis in modum reflexū, dextrum vero, cor-  
 nu instar ad superna tendēs habente, hoc modo & no-  
 bis pro. Th. succurrit. Cuius loco in impressis libris. Tar-  
 do. confuse vsurpatum reperitur, vt clare notū esse potuit,  
 ex dictionibus iam a nobis in præcedenti litera adductis,  
 in quibus tam apud nos, quam apud Græcos, & cæteras  
 linguas. T. aspirationem adnexam habere concupiscit, &  
 debet, quamuis ibi non sit. ¶ Sequitur decimaseptima con-  
 sonans, quam. Chir. nominant, & nihil a. chi. Græco, & Ia-  
 cobitarum differt, aspirata litera est, &. Ch. latinis reddit,  
 vt in psalmo iuxta Hebræos. 18. Et ascēdit. Na cherubim  
 i letia. hoc est. Sup cherubim, & volauit, vbi Dalmata etiā  
 cū suo. Chir. scribit, dicens. Na cherophimi i liete. Hebræ-  
 us vero, hoc modo scribit. אֲלֶרֶב alcherub, & in Nebiēsis  
 psalterio

SYRIACAM ATQ. ARMEN. 70

psalterio. על כרויב. al cherubin. & Arabica interpretatio.

• ܠܟܪܘܒܝܡ ܠܠܝ Ali alcharubim. Syriaca  
vero Chaldaica ibi interpretatio habet. ܠܠܝ ܠܟܪܘܒܝܡ

ܠܟܪܘܒܝܡ ܠܠܝ Rchab al cruba vaphrah. Vbi  
in Arabica interpretatione, arbitrator scriptorē hallu-

cinatū scripsisse. ܠܟܪܘܒܝܡ ܠܠܝ Alsaruphium,

pro ܠܟܪܘܒܝܡ ܠܠܝ Alcarubium. Quan-

doquidē in psalmo. lxx. secundū Hebræorū cōputationē  
vbi nos dicimus. Qui sedes super cherubim, isto modo

scrihat, & dicat. ܠܟܪܘܒܝܡ ܠܠܝ Ali alceru-

bium, in quo omnes conueniunt. Et Indus

quoq; in utroq; psalmo, superius adducto, & primum in  
psalmo. 19. ait. Laola chirubel, & in psalmo. 90. eadem  
verba replicat, orthographiam tamē minime seruat, nam  
laola, quando pro super vel supra accipitur, cum. a. paruo  
sive breui, tam in prima syllaba, quam in vltima, semp scri-  
bi debet, tamen in dicto psalmo. 19. prima syllaba per-  
a. longum, haud recte scripta est. Præterea in psalmo  
104. alias. 105. dictio. chanaan. & dictio. cham. per. ch.  
& a Græcis, & Macedonibus, per. chi. scripta sunt, & ab  
Hebræis, per. caph. similiter & ab Arabicis, Chaldaeis, &  
Indis. Hebræus tñ, & Ioseph cæcus. hham. p. hhet. scribit  
Nomen quoq; Christi, in dicto psalmo. 105. per hanc litem-  
ram, Chir. Macedo scribit, & Græcus, per. chi, Hebræus  
s ii vero



## INTRODV. IN CHAL. LING.

vero, Chaldaeus, Indus, & Arabs, pro Christi nomine Mes-  
 siam, ponit, Dalmate in decimaoctava consonantiũ nume-  
 ratione habent. Hir. seu. Chir. quam nõ habent libri  
 Dalmatarum hæctenus impressi. Eius tamen loco accipi  
 potest litera in alphabeto impressa, q̄ sequitur post. Fert.  
 ¶ Decimaoctava consonans est. Phi. quæ & figura, & po-  
 testate eadẽ est cum. Phi. Græcorum, & Iacobitarum, &  
 Cophtiarum, & eorum qui magnam Hiberiam incolunt,  
 quin etiam Latinum nobis. Ph. ob oculos ponit, ac etiam  
 idem valet, quod. Phe. seu. Pe. Hebræum, Chaldaicumq̄,  
 cum dictionem claudit, aut rafatur, aut tandem cum non  
 pro. P. simplici, sed pro. F. vel. Ph. sumitur, vt in dictione  
 Ephraim, de qua in psalmo iuxta Hebræorum computa-  
 tionem. 60. & in dictione Nephthalim, siue neptalim, in  
 psalmo. 67. vtroq̄ enim modo pronunciatum reperitur,  
 etiam in titulo psalmi. 54. vbi dicimus. Intellectus Dauid  
 cum venissent Ziphei, quod nomen Græci, & Macedones  
 per. Phi. scribunt, Hebræi vero, & Thargum cœci, cum  
 Pe. sine dages. Indus vero cū suo. F. scribit, Placuit & hic  
 nomen Asaph, & nomen Ioseph, in medium adducere, de  
 quibus in multis psalmis, & psalmorum titulis, fit mentio  
 quæ vbiq̄ per hanc literã scribuntur. Præterea in psalmo  
 91. vbi nos dicimus. Iustus vt palma florebit. Macedo,  
 palmam græco vocabulo insinuat, dicens. Iaco phinixi,  
 & Græcus, *δικαίος ως φοινίξ αιθιασι*, dikaios os phinix ant' hisi.  
 Ceteræ in psalmo. 106. ad Hebraicam cõputationem, vbi  
 habemus. Et initiati seu consecrati sunt Beelphegor. Ma-  
 cedo dicit, Bielphegoru, & Græcus interpret *τω βελφεγορω*  
 to beelphegor, id fuisse Idolum ignominie, vt ait Nebiëlis  
Episcopus

Episcopus, pleriq; arbitrati sunt, & stultagentilitas, vt Deum ortorum colebat, nunc Alcinoum, nunc Veturnū, nūc Ianum, nunc Priapum appellans, φαλλος, phallos, enim a Græcis dicitur Priapus, hinc Poeta, ille cecinit. Nomen venerare ithiphalli. Hebræus tamē per. Pe. dagessatum, scribit. **רַעַסְ הַעֵלִי** Iebaal pegor. Chaldæus Nebiensis, cum Pe. dagessato nomen Pegor scribit. **A**rabs vero ibi tam Nebiensis, quam Syriæ, dicit. **ܦܗܘܘܪ** Phagur. Et Indus, Bahoel Fegor. Et Maronitæ, ac Syri, quoque dicunt **ܦܗܘܘܪ** Dphagur. Phinees quoque nomen, in eodem psalmo, tam Macedones, quam Græci, cū litera **.ϕ.** Phi. scribunt. Dalmata vero, cum **Po** coi, exprimit, dicens. Pinies. Hebræus quoque, **פִּינְחָס** Pinhhas, cū. pe. dagessato, scribit. Eodē modo, & Chaldæus, in Nebiensis Episcopi, Psalterio. Syri tamen, Chaldæi, & Maronitæ. **ܦܝܢܗܗܫܘܩܘܡ** Quom phinhhes. hoc est stetit, quem nos dicimus. Phinees, proferunt. Consentit & Arabica interpretatio, quæ habet. **ܦܝܢܗܗܫܘܩܘܡ** Quam Phinhhas. Eodē modo, & Indus, sed cum suo. **Fi.** scribit. **Finhhas**, Ephraim quæq; nomen, in Psalmo. 108. & Ephratha, in Psalmo. 132. omnes cum eodem, Phi. elemento scribunt, & Hebræi

# INTRODV. IN CHAL. LING.

& Hebraicū. pe. sine dages. כפרתה Baphratha, & Chal  
dæus Syria. בפרתה Baphrato, Joseph cæcus  
כפרתה Bezaphrath. Arabici vero, seu etiā Punici,  
בפרתה Baphratha, vel. פ/פ/תה Phi ephra  
te. Orientis & Indus, sed more suo cum. F. scribit, Ba  
ephrata, & quod Græci in eodem Psalmo .cxxxii.  
dicunt. י' ד' ב' א' ח' ס' א' מ' י' י' נ' ו' פ' א' י' א' Idu icusamen astin  
en ephratha. Ibidem Armeni hoc modo idipsum ex  
primūt. Ահա լուսնա զիւրաւաւս յ' Էփրատա.  
Ahha luach zienmane i iephratha, hoc est. Ecce audiu  
mus eam in ephratha. Pharaonis quoq; nomen in sacris  
literis, ab omnibus cum hac litera. phi. scribitur: & ab He  
brais: per. pe. seu. phe. dagesfato: semper scribitur: proin  
de ex regula puncti dages: literam fortificantis: Parao: nō  
Pharao: pferri debet: vt etiā in psal, 136. vbi nos dicimus.  
Et excusit Pharaonem: & virtutem eius in mari. Nebien  
sis Episcopus: notat dicens. Parao: sic enim proferunt He  
brai: nec reperitur scriptū Pharao: in tota serie sacrae scri  
pturæ: nisi tantū semel: locum tamē non assignat. Causam  
vero propterquam Hebrai Parao: non Pharao: dicant.  
Cæteri vero qui a dextro in sinistrū latus scribūt: Pharao  
nē nominent: & cū eisdē literis. phe. scilicet. res. ain. & .he.  
ac cum eisdē vocalium notis. Patha. Seu. & Holem. seu  
etiā. Camez. in fine: semp a Chaldæis: pronunciatū fuerit;  
illis vestigandam relinquo: qui nouerunt illius nominis  
vint:

vim, atq; potestatem, non ignorant. Caterum. Phert. vel Fert. decimanona consonans est Dalmatis, & per omnia similis est græcō. Phi. & a nobis pro. ph. accipi debet, vt in nominibus superius recensitis patet, mutuo tñ se numero pro. Phi. ponitur. P. & vice versa, nam & Phranciscū, & Phabianum, per. Phi. scribunt, cum nos per. F. scribere soliti simus, vicis similitudo quoq; istarum literarum, ex iam dictis in huius literæ explicatione, & nominibus alijs superius adductis, nota esse potest. Litera præterea ista Dalmatica, nec dum ab impressoribus publicata, quadranguli oblongi, nec tamen æqualium laterum, iacentis figuram habet. Linea quippe superior, & inferior æquales sunt, sinistra vero qua abas simul nectuntur, recta est, sed tñ brevior est, & duos angulos rectos format, atq; dextra ex parte dictas lineas simul coniungit, non recta, sed incurua fere in dimidij circuli modum, cum sit, obtusum angulū facit. Secundumq; est sic formatum corpus, cum linea incurua, & Scorpionis caudā oculis obijciente, quæ supra aliquantum producta in dextrum, & infra extensa in læuum latus reflectatur, in hanc sane formam & hæc de hac litera dicta sufficiant. ¶ Sequitur. Psi. consonantium decimanona, quæ eadem est cum. ψ. psi. græco, est enim litera duplex ex. p. &. s. (quæ illi implicita sunt) constans, vt in græcorum consonantibus supradictū fuit. Iacobitæ illā. Epfi. appellant. Dalmatæ ipsam nō habent, sed pro ea duabus, latinorum more, vtuntur consonantibus. P. nimirū & S. Nam quod Græci ψαλμός, psalmos. Macedones ψαλμοι, psalomi. Dalmatæ cū Pocii, & Slouo scribunt, dicentes, psalomi. Simili fere modo, & Arment, psalmū exprimit, litera. P.

# INFROD. IN. CHAL. LING.

litera. P. dumtaxat expulsa, dicentes. **פּוּלֵךְ** nu. Sal-  
mos. Hebræi: Chaldæi: Arabes: Punici: atque Indi:

literā Pfi. non habēt. Nā quod Macedones, **σαμψονα**,

Sāpsona, & Græci, **σαμψον**, Sāpson, cū. Pfi. scribūt, vt apud

Paulū, ad hebræos. xi. deficiet em̄ me narrāte t̄ps. **περι γερων**

**βαρακτε και σαμψον, και ιεφθα, σαβιθτε και σαμουηλ, και των προφητων**

Peri Gedeō baracte, kefanpson, ke iephthae dauidte, Ke

samuil, Ke ton prophiton. idest. De Gedeone Baracq̄ &

Sampson & iephthę, & David, & Samuel, & pphetis. Ibi

Arabica interpretatio in hunc modū scribit. **امر**

**ه: حاد انايو: ه: فت من مصر** vel **ه: فت من مصر**

**و امدو: ه: عده ملا: ه: حاد الا ه: ان بده**

**ف: لاردم انايو: ه: فت** Phi am zadgu

una, va barach, va phizamzū, vel famsū, va iaphatahh, va

phi dauid, va smuil, va gal faira lanbiain. idest. de Gedeo

ne, & Barach, & de Samson, & Iaphtahh, & de David, &

Prophetis. Nec aliter viri fortissimi Sansonis nomē, Chal

dei & ceteri, p̄ter supius recēsitos, Græcos, & Macedōas,

scribunt: vt habemus apud Hebræos: in libro Iudicū: capi

te tertio decimo: ad finē. **והל והאשה בן ותקראתו שם שון**

Vattheled haisscah bē vatiqura: athicemo Scimicō: idest.

Et peperit vxor eius filium: & vocauit nomen eius Scim-

scōn. Hic aduerte lector: ne fortasse hoc viri nomen fortis-

simi, quod per scin iamin, hoc est per scin dextrum: scriptū

est: schimschom proferas: neq̄ cum, ch, scribas: vt non in

errorem

errorem non minimum labaris, quem in suo Michol fore cauendum dixit, Rabi Dauid kimhi, ne scilicet assimiletur in prolatione. Zain. Samec. & Samech. Zain. & Alphin. Aainin. & Aainin. Alphin. et Hein. Hhethin. & Thethin. Hein. nec non. Vau. & Beth. raphatum. Samech. & Zaddi. Chaph. & Coph. Teth. & Thau. dageffatum, quod (vt illius verbis vtar) קריאתם קרובה Scęcriatham croba. idest, lectio seu pronūciatio earū proxima est, de quo for tasse alias dicemus. ¶ Vigesima consonās est. Ci. vel. Cia.

quæ tamē monosyllaba est, & tactis vix lingua superiorum dentiū radicibus, subito oris haitu, pferēda erit, a. C. incipiens, & in. I. cum. A. vocali adnexa desinēs, nec tamē propter hoc syllabā excedet. Verbi gratia, si diuino nomini, quod. Iah. ab Hebræis dicitur, C. literam præposueris, Cia. facies syllabam, quæ subitaneam habebit enunciationem, & talem, prorsus qualem Musici obseruare solent, in cantando notā, quā minimā vocāt. Exēplū nobis esse pōt, q̄trisyllabica dictio הלהלה Haleluiah, cuius vnū cōplexū scilicet. Halelu. apud Hebręos imperādi modus est, & laudate significat. Aliud vero est. Iah. & Deum insinuat. Cui etiam si. G. Macedonico more addideris dicēs

Alelugia, non tñ ob id quintā syllabā addideris. Quando quidē nomen illud diuinū. Iah. (vt Cabalisticī cōtendunt) vnitatē nō excedit, & nouerūt qui subscriptę vocalis notæ Patha, vim nō ignorāt. Sequēte vocali abiicit syllaba ista. Cia. extremū. A. vt ocia nasego. idest. patris nostri, & apd̄ Lucā in oratione Dominica, ocie nasi. idest. Pater noster, in vocādi casu, vbi sequēte. E. abiecta ē litera. A. vt patet, & in hoc nomine, tā Macedo, quā Dalmata, mutuo vtunt̄

‡      hac litera

## INTRODV. IN CHAL. LING.

hac litera, & sequenti Chief. Hęc etiā Dalmatæ, hoc modo figurant & Ci. appellāt. ¶ Vigesima prima cōsonans, dicit̄. Cier. seu. Chief. & ita pferri debet, vt in eius enūciatione t̄ps, & dimidiū, pducatur tēporis, nō secus, atq; si cando semibreuē, cū minima, pnūciarem, si modo bisyllabicā dictionē esse cēserimus. Cū tñ multi vnus syllabæ ipsam esse arbitrent̄, & Chief. cū digāma æolico scribant, ac pferant. Hęc Dalmata. Czarū. vel. Cierū. appellat, & eadē est cū vigesima septima litera alphabeti Dalmatici iam impressi, & cū. Ci. Macedonico, exēplum habes, in nomine Vincīeria, Ignacia, Cijra. idest. Vincentij, Ignatij, & Ciri. Parumq; differt a. Chierū. pariter Dalmatico.

& a. Ghier. Macedonico, & cū ea scribunt, Domini che, Marcheliana, i Marchella. idest. Dominici, Marcelliani, & Marcelli. ¶ Vigesima secunda consonans est. Sa. vel Sca. u. & p. Scin. Hebręo sumit̄. Hanc Dalmatæ. Sa. siue Sai. appellant, & eandē fere figuram hēt. u. quam & Sa. Macedonica, Dalmaticaq; iam impressa. u. eo dūtaxat excepto quod plana linea, q̄ tribus erectis lineis substrata est vtrinq; progreditur, nec ex toto plana est, sed non nihil a sinistro in dextrum latus eleuatur, vt videre licet ex illis figura paulo ante descripta. & latinū. S. nobis repræsentat, sicuti & Slouo. de quo superius dictum est, & cum ea scribunt nomen, Sebastiana, & alia nomina, vt in exemplis superius adductis, clare cognosci potest. & perinde fere enūcianda est, ac si duo. SS. simul essent. ¶ Sequitur cōsonans quæ. Sta. u. appellatur, & tridentis formā habet, & ne dū pro. St. in quibus eius vis & sonus flectitur, verū etiā & aliquando progemino, SS, accipitur. Hęc vltima est Dal-

matia

# SYRIACAM ATQ. ARMEN. 74

matis in consonantium numero, & Sta. siue etiã. Schia, ap-  
 pellatur & in alphabeto iam publicato vigesimũ  
 sextum obtinet literarum numerum, & pro. St. accipitur.  
 ¶ Ultima alphabeti Macedonici litera est. Csi. nihil a .ξ.  
 Græco differens, & Latinis. Cs, vel. X, representans, vt  
 in nominibus proprijs, Xenophonta, Eudoxia, Maxima,  
 Auxentia, Eupraxia. Dalmatæ hoc elemento carent, sed  
 pro eo. Caco, & Slouo, C. scilicet & S. scribunt, nã quod  
 Macedones, & Græci *αλεξίον* Alexion dicunt, ipsi Aleca,  
 scribunt p. cf. & in reliquis pari modo in quibus. Xi. repe-  
 ritur. ¶ Duæ vero ille vocales scilicet. Vch. &. Iat. tamen si  
 pro vocalibus sumantur, sunt tamen aliquando consonan-  
 tes, vt patet in psalmo quarto, vbi habemus. Iuuidite iaco.  
 idest. Et scitote quoniã, mirificauit dominus sanctũ suũ,  
 vbi prima litera est. Ita, quæ in loco isto pro copula sumit,  
 secũda est. Vch. tertiã. Vide. quãrta. Iat. nunc tu discerne  
 inter consonantes & vocales, quæ nam ex his sint. Videtur  
 autem Vch. esse diphtõgus græca. ω. omicron ypsilõ.  
 Iat. vero Latinum. b. est, cum linea per mediũ dedu-  
 cta, & nonnunquã litera integra in dictionibus. Iat. expri-  
 mitur, sepe vero. Ia. tantum, & sæpius pro. I. tantum cõso-  
 nante accipiunt. & sic est finis cõsonantium Dalmatarum,  
 & Macedonum. Restat vt reuertamur ad Chaldaicas con-  
 sonantes plenius explicandas.

¶ De literis quæ puncta Rubea intra  
 se, infra, supra ve admittunt.

Caput. VI.

**E**X supra scriptis Chaldeorũ consonantibus nonnullæ  
 sunt, quæ si punctum Rubeũ intra vètrẽ, aut supra se,  
 infra ve habuerint (vt de Raphe, & Dages, apud He

t ii braos



# INTRODV. IN CHAL. LING.

breos traditur in literis **בגת כפח** Bagat chephath.) leuigantur, fortificantur, duriusculeq; non nihil proferuntur. & variat cum prolotionem, tum vocē, & sunt infrascriptę.

• **ל. פ. ב. ג. ד. ה. ו. ז. ח. ט. י. כ. ל. מ. נ. ס. ע. פ. צ. ק. ר. ש. ת.** Scilicet Beth. Gomal. Do

lad. Teth, Coph. Phe. Thau. Nam si • **ב.** Beth.

simpliciter proferas, leuiter quidem proferes, inter. ve. & bbe, sicut: • **ב.** Punicū. Et si super posito punctulo.

• **ב.** inueniatur, proferendum est, vt • **ב.** Vita, Græcū

& raphatum. • **ב.** Beth, Hebraicum, necnon vt Macedonicum. • & vtrunque Dalmaticum.

Vide. ac Iacobitarum. • Veda. & Armenicorum,

**פ.** bien. & dicendum. Vet. Sin vero punctū in vē

tre fixum habuerit, isto nimirū modo. • tunc for

tiac dura enunciatione proferendum erit, & labia multum simul stringenda, atque inuicem premenda erunt;

& non aliter quam Hebraicum dageffatum • **ב.** & Buhe. • Macedonicū, & vtrunque. • Dal

maticum. Buch. • **פ.** Pi. Græcum, quando. M. Mi. aut. N. Gni. precedente, pro. B. profertur, vt τὸν πάλιν.

Ton paglin. idest vice versa, necpenim tunc proferre debemus, ac dicere. Ton vaglin, sed Tom baglin. Simili

modo

SYRIACAM ATQ; ARMEN. 75

modo pferenda erit, vigesima sexta Armeniorum litera. **Œ**. quæ & P.e. & B.e. dicitur, & æri prolatione, ac forti, contrariaque superius notatæ literæ. **Ɔ**. Bien. (quæ nihilominus etiam. Pien. dicitur, & labijs mutuo se leuiter tangentibus, sicut de. Vita. Græco paulo antedictum est profertur) enuncianda est, & sicuti Indorum quoque. Ba. cum omnibus vocalibus effe- renda, quam semper Indi literam aspero quodammodo proferunt, Si vero. **◌**. cum puncto substrato in ueniatur, & si loco. Hiric. positus videatur punctus, omni- um tamen vocalium voces induit, & litera ipsa forti- ter enuncianda est.

**◌**. vero si punctum supra caput habuerit, leni- ter profertur, & G. latinum, Hebraicumque, sine puncto & vtrunque Samaritanum. **◌**. Gimel, ac Græ- cum, & Cophitarum, Iacobitarūq;. **◌**. Gāma, quin & Macedonicū, & vtrūq; Dalmaticū **◌**. Glagola. & Indorum. Ga, ac etiam Armeniorum. **◌**. Gim, vel Chim, nobis repræsentat. At si intra ventrē, **◌**. pū ctatū fuerit, tūc. Gha, vel, Gho, in voce & prolatiōe **◌**. Gim.

## INTRODV. IN CHAL. LING.

**Gim.** . gntæ Punicorū, Arabūq̄ literæ enūciabitur,  
 & **Gimel**, Hebræi . א . dagessati, & . ג . Ge. decimæ  
 Armeniorum literæ, quæ etiam . Ye . & . Ze . & . Xe.  
 dicitur, personam induit. Sin vero substratum punctum  
 habuerit, isto in quam modo . ם . tunc Hebræi  
**Gimel** cum **Hiric**, & **Gain** . ם . decimæ nonæ Per  
 farum literæ, prolationem habebit, lenem scilicet, ac si di-  
 ceres **Yia**. cum ypsilon iota Græco, vt . יא . Teryphy-  
 ia, & veluti Iod Hebræum, cum dages in vtero, & **Hiric**  
 substrato, nam ad . G . sonum fere deflectit, quod qui-  
 dem manifeste patet in sacris literis, cū legimus, & dixit do-  
 minus deus . Hebraice enunciamus . Vagiomer Iehouha  
 Heloim, non Vaiomer, cum illud Iod, secundum Gram-  
 maticorū regulas, dagessandū sit, & p̄inde literæ duplica-  
 tio, siue (si dici potest) geminatio, seu fortificatio, ad cōcin-  
 nam . G . prolationem nos ducit, nec tamen . Gle . penitus,  
 & pleno (quod aiunt) cornu, exprimendum. Sed inter . G .  
 & . Yie . flectenda illius, pnunciatio est, ita tamen vt potius  
 a . Gio . quam . Yio . dictio ipsa auspicanda sit.  
**C. 9.** **Dolad**. cum inferiori puncto leniter profer-  
 tur, & vt rassatū **Dalet** . ד . Hebræum, b̄lese aliquan-  
 tulum lingua inter dentes posita enunciandum est, ita vt  
 aspirari quodammodo videatur. & . Dhe . dicendum. Nam  
 & Grammaticorum,

## SYRIACAM ATQ. ARMEN. 76

ex Grammaticorum, tam Græcorum, quam Latinorum sententia, D. nec habet aspirationē, nec illa protinus caret. Iccirco etiam media litera, inter. Thita, & Taf. apud Græcos collocatur. Aliter enim, Delta, seu, D. latinum in principio, aliter alioq; spiritu in medio dictiōis proferri debet. Quippe in hac dictiōe, siue in hoc verbo desidero, quin potius in hac verborum comprehensione Seruatorisq; nostri Iesu Christi amoris paternæq; charitatis in filios plena periodo. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, Primum illud, D. dictiōis, & verbi, cum linguaalis (vt nonnulli aiunt) litera sit, linguaq; ipsa, ita in ore sita, & finita dentibus sit (vt tum demum sonos distinctos, pressosq; efficiat, cum ad dentes, & ad alias partes pellit oris) sed dum pronunciatur, intra medium superiorum, inferiorūq; dentium lingua ponatur, confestimq; in vocis emissionem retrahatur, ita vt vix applicatio appulsusq; eius, ad dentes deprehēdi queat, nescio quid molle, & auribus magis gratum, & suauē illi additum apparebit, adnexamq; quodam modo aspirationem habere videbitur, & non aliter ipsius D. literæ in prolatione differētiā cognosces, quam inter infra scriptas Græcas dictiōes  $\alpha\delta\varsigma$ , Theos, idest, Deus, &  $\tau\alpha\delta\varsigma$  hoc est, Tuus, & tunc cum. Dhal, nona Arabum litera cōueniet. Cum vero in capite pūctū habuerit, hoc modo,  $\delta$ , tunc proferendum erit, sicut Daleth Hebræum dagefatū, &  $\delta$ . Tza, quartadecima in ordine Armenici alphabeti litera, sicut, D. omnium aliarum linguarum, cum præsertim duram pro dictiōis ratione

## INTRODV. IN. CHAL: LING.

ratione ex postulauerit enunciationem.

**C. 2.** Teth, pro Latino. T, & Græcorū omnium.

Taf. Macedonūq; & Dalmatarum vtroque.  
Tardo. & Ta vigesima prima Indorum litera acci-  
pitur, & Teth. Hebræum, atque vtrunque.

Samaritanū, ac. Tzat. quartamdecimam, & Te.  
sextadecimā Punicorū literā æmulatur, quin & in.

Tun, seu. Tuen. trigesima primæ Armenici alpa

beti literæ, necnō & q. Ta. vel. Da. (vtroque enim  
mō in eodē alphabeto appellatur) vocem sonūque

atque potestatem nobis repræsentat. Si vero. 2. in

medio vētre suo, seu in corpis vmbilico vulneris, acceptæ  
q; plage indicium cicatricē, punctū scilicet ostēderit, tunc p.

Th. & Dh. sumit, & non secus atq; Daleth. Hebræum, &

Thau. tā Hebræū, quā Samaritanū. Et. Dhat. vel

That. gntadecima, & Dhe. ac. The. decima septima Ara-

bum litera proferēdū est, quin & Thita. Græcorū, & Ma-

cedonum, & Tha. decimē Indorum literæ, quæ cru-

cis similitudinē præfert, & 0. Tho. nonæ Arme-

niorum, ac Iacobitarum Teda. vocem similem eun-

demque sonum in enunciatione sua requirit.

**C**ldem prope dicendum est de . 2. Coph. sine

punctis,

punctis, quod scilicet latinū. C. simplex sonat. & K. Graecorum, & Caco, ac Ci. Macedonum, & eiusdem nominis & ac & Dalmatarum, & Caph, & Hebraeorum, atq; Samaritanorum, in principio medioc; dictionis, & pro Caba. Iacobitarum, & Cophitarum, & pro Thieca. Vuandalor; quod pro C. & K. accipitur, nobis succurrit. At pūcto in capite Aubeo, seu Gallienita. Coph. suscepto, Hebraicū a Caph. dagelthom. & Cap. vigesimo primam Arabici alphabeti literam representat, quamvis etiam p. Q. u. Chaldæo, & p. Copb. Hebræo, nobis saepe subueniat. Q. uin & pro Chiep. vigesima secunda eiusdem Punici Alphabeti litera, & pro Chi. Armenica, & Czarū, & Cers. Dalmatarum, & Chier. Macedonum, a nobis accipitorumque more pronuncari debet. Substrato vero punctulo. ferme, ut Caph. Hebraicum raffatum. & Iacobitarū. X. Chi. Macedonū Chir. & utrunque Dalmatarum. Chir. Quinetiam. Hæc septima Persarum literæ vices sustinet, & licet aspirationis fortis Chaldaicæ, Hebraicæ, & Samaritanæ. Hæc, loco capiatur, remissa tamen aliquantulū aspera illa, ac vehemēter dura enunciatione hoc loco proferenda.

# INTRODV. IN CHAL. LING.

proferenda erit, eiusdem quoq; prolotionis est trigesima  
 sexta Armeniorū litera. **ϣ**. Che, & Cha. Indo  
 rū quartadecia, quinetiā eorundē Indorū octava  
 litera. **ϣ**. Ka. eiusdē prolotionis esse potest, quā  
 pro. Quoh, Chaldeorū, & Coph. Hebræorū, &  
 Samaritanorum capiatnr, & Græco **ϣ**. Phi. quam  
 similiam sit.

**ϣ**. Phe, vero, vel etiam, Pe. simpliciter Hebrai  
 cū. **ϣ** Phe. & vtrunque Samaritanum. atque  
 Arabicum Phe. Latinum quoq; **p**. & Græcorū. **ϣ**.  
 Iacobitarum, Cophitarumq;. **ϣ**. Pi. ac Mæcedonum  
 Dalmatarumq; vtrunq;. **ϣ**. Poci. &

**Pa**. vigesimam secundam, ac **Pa**. vigesimam sextam &  
 vltimā Indorum literam nobis repræsentat, quā & trium  
 binomium Armenicarū literarū. **p**. Bien. vel. Pien,

**ϣ**. Pe. vel. Be. **ϣ**. Piur. vel. Psur. nam & pro. ps. &  
 pro p. solitario accipitur, ac etiam **ϣ**. Phi. penultimæ  
 eorundem Armeniorum literæ fungitur officio. Cum au  
 tem. **ϣ**. punctum in ventrem inditum habuerit,  
 tunc pronuntiatio eius, erit instar. **ϣ**. Pe. Hebraici dagesta  
 ti, ac duræ, & (vt aiunt) fortiter pronuntianda erit, perinde  
 scilicet, ac si duo simul. **pp**. essent, quod quidē clare, dilu  
 cide,





## INTRODV. IN CHAL. LING.

citabam, vt quo ad fieri posset, Pe. Latino more proferret. His tunc quotidianis meis (vt si dicam) calcaribus stimulis labellis admodum inustem compressis, atq; conglutinatis, & ceu vinculo quodam constrictis, habui alicuius hominis instar, aut illius more qui in enunciandis quibusdam verbulis, antequam in vocem proripat, nescio quid in illius verbi prolatione secum prius immurmurare videtur, ac demum in ipso pressu oris, quodam cum impetu ex ore impulsum emittit, non nihil immoratus, P. ipso sepius interrupto & (si dicere fas est) Pipizato, Ppappam tandem cum geminatis, P. enūciabat. Id etiam familiare, quin potius innatum est Punicis in suo. Phe. quod & in Chaldaeo Phe. cum inferne punctatur. Tunc enim eo modo proferri debet, eoq; spiritu enūciari, quo Hebraei, P. rassatum, & Graeci, & Macedones, ac Iacobitae. Phi. necnon Armeni Phe. ac demum Indi penultimam sui syllabarum literam proferre consueverunt.

**C. L.** Thau vero ex sui natura media quedam litera est inter. Thita, & Taf, Graecū, quia nec cū aspiratione, nec sine ea pronūciatur. Et si quidē pūctā in vestice hoc modo. **L.** habuerit, sūc simplex. T. sonat, & licuti. Taf Graecū, & 2. Chaldaeum, & literae omnes de quibus in ipsius Chaldaei. Teth. explicatione paulo ante dictum fuit pronūciari debet. Sin vero id puncti genus ad calcem descenderit, **L.** hoc pacto.

Tunc

Tunc. Thita. Græcorum, & aliorum. T, aspiratorum, de quibus in dicta litera. Thet. superius est facta mentio prolationem habebit. Quin etiam The. quartæ. vel

cum triplici puncto superposito, Punitorum alphabeti literæ prolationem imitabitur.

¶ Ista quoque punctorum genera nonnunquam supra primam literam, vel dictionis syllabam, aut sub secunde partem modo syllaba, vel litera, cum syllabæ vicem obinet, collocantur. Et quia aliquando pluralem numerum, aut imperandi modum, aut varietatem alterationemque quandam, aut genus significat longum esset recensere, sat fuerit in præsentia insinuasle punctorum diversa esse genera, & varia eorum officia. Quomodo autem, & quando id fiat, alias fortasse explicabimus, & tunc vel maxime præcipueque cum punctum (qui vnicus nonnunquam supra literam vel sub illam ceratur) literæ alicuius defectum inuere, demonstrabimus.

¶ De vocalium Hebræicarum notis, atque nominibus, & alijs quibusdā punctis. Cap. VII.

**H**Ebræi præter id quod superius de dages, & taphet dictum fuit, duo alia puncta ad vnius literæ alphabeti penultima, scilicet, *◌◌*, Scia, variam prolationem demonstrandam habent. Smol: videlicet & lamina. Verum quippe perfectumque literæ sibilum. *◌◌* smol, supra leuam cornu impositum declarat, vt de. *◌◌*. Sigma, perfecto Græcorum sibilis dicitur. Habent enim Græci tres sibilantes literas, sed alio atque alio sibilum suum, sibilant ordine. Nam, *◌◌*. Zita. prima ex habentibus sibilum litera, ut Zain, Hebraum, & Chaldaum, a leni incipit sibilis, & tunc

non

## INTRODV. IN CHAL. LING.

non sibilum desinit, quod ex eius çolica dissolutione manifeste apparet, dum pro, Zita, sd. viurpant, vt *vve?o*, Sirizo *byto do*, Syrisdo, hoc est fistula cano. At. *ç*. Cfi. a non sibiloincipit terminat in sibilum, vt *vve*, styx, & *ççvç*, sphynx, s. Sigma. vero perfectum habet sibilum, atq; perpetuum ipsius literæ tenorem seruat, ac sonû reddit acutum. Hinc arbitror factum, vt ab antiquis nostris hæc dictio. Causa. per duplex. si scripta fuerit, vt perpetuum ipsius literæ sibilum denotarent, & perinde pronunciarètur, ac si duo. ss. forent, nec sonus eius caderet, sed perseveraret acutus, què sonum inesse literæ. Scin. pûctus ipse smol insinuat. Iamin. vero, dextro, vnde nomen accepit. *ç*. insidens cornu, depressam eius prolationem, obrusumq; ac mixtum literæ sibilum reddit, & non aliter apud nostros proferri debet, ac sciscior verbum, atq; scio, necnon & scientia, nomen. Quandoquidem aliud est dicere seimus, quando notionem intelligentiamq; nostram alicui cognitam esse volumus, aliud cum hominem quempiam præsis naribus esse volumus insituare, ac dicimus, homo ille simus est, & cû inter Grammaticos constituti simus, non inquam per. sc. nec per. schill sapimus scribentus, sed simum illius nasunt esse dicemus, & p. s. simplex, & i. scribemus, nec schimus aut scimus est nasus dicemus. Et aliud pfecto est cum patriæ longas miserati clades Summo Pontifici persuadere nitimur, vt excitatos bellorû inter Christianos Principes, Italia præsertim, tumultus restringere, ac sedare conetur, in hæc vel id genus alia verba prûptimus dicentes. Seda rogamus te Paule Pontifex Maxime. Seda Christi Vicari aramus te. Seda ter Maxime Pont. Paule obsecramus te, Christianorum

# SYRIACAM ATQ. ARMEN.

Christianorum Regum discordias, desides illorum animos concilia, furores ex ira, mutuisq; odijs concitatos mitiga. Moueat te pie Pater innocuus, qui effundendus est Christianorum sanguis, si potentissimorum exercituum arma sequere, atq; in vulnere debacchari oceperint. Pastor es tu Pater sancte ouium Christi Paule Romane. Veri Romani Pastoris officio fungere, curam commisi tibi gregis habeto. Tuum munus est hoc Beatissime Pater, tua dignitas, tuum Imperiū, tua Maestas, tua (qua Dei & Seruatoris nostri Iesu Christi, vice fungeris in terris) autoritas, hoc exigit, hoc potest, id post paternas hortationes, vel vna tua terroris, minarū, atq; spiritualis vltionis plena, Scheda, efficere, atq; obtinere poteris. Scheda, nomē apposui, quod per s. & ch. scribitur: vt illorum imitārer exemplū, qui in suis linguæ sanctę grāmatalibus libris. Scin, dextrum, per. s. & ch. videlicet. Schin. scribunt, quod tamen mihi minime placet. Nam cum diuersa variatq; illa scriptura sit, quæ per K. Cappa. Græcum, vel. C. latinū, ab ea quæ per. X. Chi. eorūdem Græcorū, vel. ch. latinū scribitur. Ita & in illius prolatione diuerso modo lingua vtendum est. Aliter quispē apud Græcos profertur *σχολιον*, Scolion, per. Cappa. scriptum, quod obliquum tortuosumq; significat. Aliter vero *σχολιον*, Scholiō, p. ch. quod Scholium glossematq; appellat. Et qui Græce sciunt hoc plane intelligunt. Apud nostros cum scio verbum enuncianum est, linguæ summitas, extrema scilicet pars illius, ad fornicē pallati supra radices superiorum anteriorum dentium locāda est. In prolatione vero nomnis Scheda, linguæ apex, non nihil flectendus est, ad radices inferiorum anteriorum dentium, & lingua

## INTRODV. IN CHALDÆO.

Lingua ipsa aliquantulum est incuruāda, vt in. Chi. Gra-  
 ci enunciatione obseruatum est. Erhoc idem obseruari de-  
 bere, reor, dicerent, si de hac re sciscitarentur in.  $\varnothing$ . Sin. sin-  
 stro, cum smol, &  $\varnothing$ . Scin. dextro, cum lamin, quadragin-  
 ta illa duo virosq; millia, ex Ephrata, qui ad vada Iordanis,  
 ob inusitatam Siboleth, & Sciboleth, plationem interiere.  
 ¶ Ceterum Hebræi vocalium notas decem obseruant.  
 Quarum duæ, videlicet Patha, & Camez. A. re-  
 presentant. Quatuor vero, E. scilicet Zere Segol.  
 Seta & Atephsegol. Vna dumtaxat pro. I. capit,  
 que Hirich, quoq; appellatur, & literę substituēda est.  
 Alia etiam tantum quæ Holem dicitur, & est punctus  
 supra litteram erigendus, & vocalem. O. exprimens. Et  
 duæ quæ. V. nostro respondent, appellaturq; vna earum  
 Kibuz, altera Surech, vel. Melopū. & Surech  
 peculiaris nota est literę. Vau.  $\gamma$ . in cuius ventrem, si infi-  
 xa fuerit, quāuis litera ipsa, ex sui natura. V. sit, tamē alias  
 voces atq; vocales, alijs ornata punctis induit, pro. V. tan-  
 tum vt intelligatur efficit. Et ore nō aperto, sed restricto,  
 atq; aliquantulum productio vox illa pronunciana est.  
 Necte torqueat si quandoq; Vau. cum puncto in ven-  
 trem indito inueneris, & nihilominus cū alia etiam vocali  
 nota subscriptum, quia tunc punctus ille non Surech, vel  
 Melopi vices gerit, sed dages, vt literam (quod aiunt) forti-  
 ficet. Huiusmodi vocalium notę a magistris Hebræorum  
 diuiduntur in longas & breues, in simplices & cōpositas,  
 in proferibiles, & quæ nōnunquam minime proferuntur,  
 sed ab aliqua adnexa rapiuntur, & tūc quiescūt, ac (vt ipsi  
 dicunt) mustant, & ab eadem raptim deglutuntur.




De puncto

# SYRIA CAM ATQ. ARMEN.







De puncto quoque Mapik, idem fere dicendum est, quod de puncto Surech in Vaultera ymbilico imposito, tum intra. He. literam, in fine dictionis positam, aut sub eam in star Hhuch apparetur. Quae nec etiam in He. hrich, quidem est, nec dages, sed relativi feminini generis nota, & eius dumtaxat litera ipsa. He. capax est, & in possidendi, dandi, aut auferendi casu tantum sentiri videtur, ut eius ei, sua, suae. Quod si forte aliquando adnexus masculinis inuentus Mapik punctus fuerit, intelligendum est, non absque figura, & ratione factum fuisse, referre enim potest, aut nomen quod ambiguit, sine puncto originis est, aut etiam masculini generis tantum, sed id ornatus gratia per Tropos figuras & Schemata quaedam. Hinc Graecorum mores originem traxisse coniectari possumus, dum masculinum pro feminino, & vice versa alterum pro altero ponunt, & singulari numerum, pro plurali usurpant, plurale quoque verbum neutris singularibus addunt. Alia praeterea duo sunt puncta, apud Hebreos inter compositas vocalium notas numerata, scilicet Hhateph Patha, & Hhateph Camez, quae per A. latinum, satis commode exprimi possunt, quavis Hhateph Camez, a nonnullis etiam pro. O. accipitur.

De nominibus, figuris, & punctis, vocalium Chaldaeorum.

Chaldaei vero & Syrii quinque vocalium vocales, quibus signis enunciant, ac notis, quae ut facilius in memoria retineant, & olim opus fuerit, et sic ut bene, hunc visum illis, et notibus, exprimere consueverunt, videlicet

Odom.  Abthom.  Ishhaq 


# INTRODV IN CHAL LING.


Ishhaq.  Esagia.  Vria.  
 Et pro Abrhom quidem scilicet pro A. & pro Pa  
 tha, vel Camez Hebræo signū hoc.  Per Odom  
 . . . vero Holem, aut Vau Holem Hebræum, & O.  
 latinū, intelligere debemus, & id quidē, vel parū,  
 vel magnū, longū scilicet, aut breue, prout Hebræo  
 rū etiā more, vocalibus literis additur. In Esagia.   
 vocalis latinæ. E. notam, intelligere debemus, quæ in He  
 bræorum traditionibus, per Zere, Segol, & Seva, atq;  
 Hhatephsegol; exprimitur; & ne dum. e. simplex: verum  
 etiā diphthongatum, nobis ante oculos obijciunt. Per  
 Ishhaq.  notam instar Græci, H, lta, & latinæ aspi  
 rationis, vocalem, I. latinā indicant, & Hirich, He  
 brai, sub literam constituti, longam, siue breuem. I. vo  
 calem insinuat, prout sub Iod, vel infra vocalem altam  
 reperitur. Demum V. vocalem latinā, per Vria, ac  
 nota.  effigiatam demonstrant, & eam quidem, lon  
 gam, aut breuem, prout etiā ab Hebræis, per Ki  
 buz, aut Surech, insinuari solet.


De alio vocalium, punctorum genere.

[ Superius


SYRIACAM ATQ. ARMEN. 52

Superius descriptas quinq; vocalium voces, siue notas Syti, & Chaldaei: alio punctandi genere consueverunt exprimere. Nam loco Abraham, duo puncta, ceu arcum, & antarctum, caeli polum, supra, & infra littera, videlicet, & infra litera *nota diaphana*, Cata diametron, collocat, & A. subintelligit, vt. 

Ba.Ga. Elagiam vero, praeter iam dictam nota, duobus etiam aliis, sub littera additis punctulis, taquam extremis lineae grauis accentus Graeci punctis, a lauo in dextrum deflexis, hoc ordine demonstrant. 

Ze, Te, Odom. quoque scilicet, o intelligere volunt cum duo puncta: supra litteram, acuti accentus Graeci more, a sinistro in dextrum latus eleuata inscribunt. 

Irthak etiam nedum per & H, aspirationis notam verum etiam per duo substrata littera puncta. In sinuant, a dextro in sinistrum latus deriuata, vt hic patet.

 Si, Phi. Vna dicitur raro vel nunquam alius punctus, quam per superius descriptam notam, v. exprimere consueuerunt, tametsi in aliquibus reperiantur locis, supra litteram duo puncta, tanquam



# INTRODV. IN. CHAL. LING.

tanquam duo extremi apices, grauis Græci accētus,  
 hoc ordine. **⋄** Su, Thu. **⋄** Su, Thu. **⋄** Causam  
 vero quare nō alio vſi ſint punctandi genere, in ex  
 preſſione .v. vocalis, præterquam Vriæ nota, illam eſſe  
 ror, ne ſcilicet lector, ob id ambiguum redderet. Nam  
 puncta ſæpenumero ſupra literas ponuntur, aut ſuppo  
 nuntur, vt pluralitatem inſinuent, verum quia contingit,  
 vt in dictione, vel Riſit, quod in capite punctum geſtat,  
 vel aliud alias, aut primæ perſonæ, aut defectus alicuius li  
 teræ indicatum reperit ſignū, ſi alia duo adderent puncta,  
 & punctorum numerus augmentum caperet, & præter  
 tot punctorum incapacitatem, inderetiamque a ſcripturæ  
 deformitatem, & præter ſi alia forte fortuna vocalis alteri  
 us nota ſupra dictionem poſita foret, animus præterea lecto  
 ris in labyrinthis anfractibus conſtitueretur, & helitans  
 in punctorum in diſcretione effectum nauſeam deueniret,  
 & quod delectare debuiffet verteretur in odium. Idcirco  
 perpetuo pro .v. vocali, Vriæ nota vſi ſunt.

De Punctorum Arabumq; notis loco vocalium.

**¶** Hebræorum, Chaldecorumq; more, Puncti, & Arabes,  
 & quotquot illorum alphabeto vtuntur, vltra literas, que  
 exornantur voce. Vocales eſſe poſſunt, & ſunt. Habeo præ  
 terea nonnullas notas: ac ſigna quedam: que aut ſupra li  
 teras, aut ſubter eas poſita, vocem quædam vocalium ſignifi  
 cant: ſcilicet, a. e. i. o. y. infundunt: arguuntq; ſub illa voce  
 enunciatas: illarumq; defectum: vt de apoſtropho græco,  
 vel de digito Hebræo, & pluri officio fungunt: inſtantiaq;

MISQ; MEI
ii x
aut

## SYRIACAM ATQ; ARMENI

Aut literæ defectum, aut etiam literam fortificatâ, & ut gemitam fore pronūciandam, Et ex his quoq; aliud signū dictioni impositum, denorat . . . Alph. subintellectum, aliud etiam quod indicat literam pūcto, seu vocali carere atq; in seipsam residere, ac se penumero mutam quiescentemq; esse, nec pronūciandam, & sub alterius puncti voce comprehendi. Et pro. A. latino, ac Patha . . . Hebræo, & Chaldæo. A. brhom, utatur linea a sinistro in dextrum latus se tollēte similima aouto. Græca accētui supra literā. Quā qui Bizantii, & Orientales incolūt partes, Vltum, Nessab, qui vero Aphricam, & Punicā regna inhabitant, haud quaquā semper illam in altum extollūt, sed sepiissime planam lineam illam, ceu raphe Hebræicum, aut Græcorum Macrā, supra literam ducunt. . . eamq; Nesba nominant, hæc q; mutuo pro. E. . . vtuntur. Punicis quoq; pro vocali. I. habent. . . Chesre, quæ nota est sub litera locanda, hoc modo . . . plana, quam Turcæ, & Orientales, alijs nominibus, alioq; ductu, & appellant, & scribūt. Nam ab illis Chesre, Esre, Gser, dicitur, & sub litera. . . vt Hirith, Hebræorum more locatur, & p Ishhaq Chaldæorum, & est linea a dextro in sinistrum latus deflexa. . . ad similitudinem grauis Græcorum accentus. O. vero vocalem, Chaldæicumq; Odom, hoc modo demonstrant. . . & est linea a dextro cornu, super ipsius semicirculi inferne deducta, ceu a sinistro in dextrum latus deflexa, & supra literam collocari solet. & appellatur Rupha. Alij aliter pingunt, & non secus atq; apotrophum Græcū faciunt, & o. Odom, atq; v. Vriam, reddunt.

Quandoquidem

## INTRODV. IN CHAL. LING.

Quandoquidem Punici, & vt olim Umbri, & Tusci, & alia quoque aliqua partes Italiae, & insula praesertim quae condam coniuncta Italiae fuit, sed casmate maris, vt iure consul- tus in lege notiorum. ff. de verborum significatione. ait, a continenti separata, Trinacria, seu Sicilia, cognominatur. pro vocali. o. vt consueuerunt. u. Quod tanquam rusticum, agrestique more prolatum, a iunioribus repudiatum fuit, & quod illi Huminem, Frundem, Fretu, Hominem, Fron- dem, Fretoque dixerunt, quod & Lucretius Vates antiquus, libro primo expressit dicens,

Angustoque fretu, rapidum mare, diuidit vndis.

Et in libro tertio: Acherunte, pro Acheronte, posuit,

Atque ea nimirum, quae cumque Acherunte profundo,

Tusci tamen quavis. o. acceperint, illud antiquum. u. non penitus reiecerunt, nam pro homine: lo Huomo, dicunt.

Hinc forte non ab re, dixerunt aliqui, Ambrosii nomen,

Tuscos, per. u. & .o. ac vnicum. g. scribere, ac proferre: vi-

delicet, Ambruoigio, id quoque in multis alijs obseruare con-

sueuerunt. Mutuam tamen. o. & .u. variationem nostri ali-

quando confundunt. Nam sicuti in superioribus pro. u.

posuerunt. o. sic & aures consulentes, ipsum. o. verterunt

in. u. vt patet in pluribus nominibus, quae tam Graece, quae

Armenice, per. os. scribuntur, a nobis per. us. proferuntur.

vt Valerios, Chrysoctomos: Valerius, Chrysoctomus. No-

minant vero Orientales signum hoc. Otur rapha, tzam.

Et quamquam pro. o. addant, proferunt tamen per. u. vt

in illorum Alphurcan (quem Alcoranum vocant) libro

secundo, clare intuenti manifestum esse poterit. p. infra scri-

pta verba, quae Chaldaicis literis, vocaliumque notis Punici-

respondentibus,

# SYRIACAM ATQUE ARMENIAM

respondentibus scripta erunt.

			
Lrahimi.	Lrahmani.	Uahi.	Bismi.
Miserantis.	Misericordis	Dei	In nomine
			
Tahla.	Rabin.	Lillahi.	Alhamdu.
Altissimo	Regi	Deo	Laus
			
Iigefai.	Kal.	Uadhi.	Lahlamini.
Ipsi Iesu	Dixit	Qui	Seculorum
			
Meriam.	Ebnun.	Iagelai.	Elinebi.
Mariae	Fili	O Iesu	Prophetae
			
Galicha.	Nagamti.	Vzur.	
Super te.	Beneficium mel	Recordare	

Et super generationem tuam, quod formavi te de spiritu sancto, loquebaris humane in cunis & fascijs, & quod docui te scripturam, & sapientiam, & legem, & euangelium, & quando creabas de luto, formas luteas, & insufflabas in illis spiritum vitae, & fiebāt aues, cum praecepto meo, & sanabas morbos, & lepram, & suscitabas mortuos, cum praecepto meo, & filios Israel illuminasti, & cetera quae in quinto quinternione Alcorani typis impressi, folio antepenultimo sequuntur, & Mahometani legere consueverunt, in die Behram, & Pasch maioris, die scilicet eo quando manus sibi inuicem

# INTRODV. IN CHALVINQ.

sibi inuicem osculantur in signum reconciliationis, pacis,  
 & remissionis injuriarum. Et notandum quod in illis li-  
 teris, supra quas nō est vocalis nota in Arabica scriptura,  
 ponitur interdum, o. signū nullitatis, apud nostros arithme-  
 ticos, aut semicirculi læua pars, q̄ in ista est. c. latini. & da-  
 se. aspirationis Græcorum ῥοτα, siue etiam signū quod dicitur  
 simile Græco apostropho, & hec omnia supra literam pro-  
 signo quietis, & absentia puncti, vocalem inspirantis, addi  
 cōsueua sunt, indicantē literā in suo hiatu remanere, absq̄  
 vocalis additamento, & ut de Seua quidē dicitur, insulante,  
 ac raptō Hebræorum magistri dicere cōsueuerunt. Vocāt  
 præterea Punci signum illud Iesme, quod tamen si aliquan-  
 do pro .j. & .o. enuncietur, adeo tamē raptim proferitur, vt  
 vis consonus queat auribus percipi. Aliud quoq̄ signum  
 Punci habent, quod supra literam, vel intra literæ limites  
 positum, insinuat absentiam Aliph, sed tamen subintel-  
 ligi, atq̄ perinde ac si adesset, enunciari debere, & vt pluri-  
 mum in litera Chieph reperitur, vt in vltima dictione  
 superius adducta Galiche patet, nam scribitur per ain.  
 & Lam. & Ie. & Chief. Supra ain. est signum  
 vocalis, Vstun. Nessab. Patha. vel Nesba. scilicet. a. Et sub  
 Lam. est nota. Chetre. Esre. Ger. atq̄. Chedi. quæ. i. voca-  
 lem indicat. Sequitur. Ie. sine puncto, & rapit sub voce p̄-  
 cedentis vocalis. Subsequit̄ &. Chief. cui supra ponitur  
 signum. Nesba. vocalis. a. indicatiuum, & in vtre ponitur  
 Hamzar. signum subintellectū. aliph. & est simile arithme-  
 tice notæ. s. qua quinarium numerū denotant. Cæterum  
 Arabes alio vtuntur signo. quod. Tesdid. appellant.  
 & eo indicant literā roboratā, siue (quod aiunt) fortificatā  
 tanquam

mccccccclii

# SYRIACAM ATQ. ARMEN.

tanquam si dages Hebraeorum, literam illam transfixisset. Collocant vero illud supra literam *ſub. Neſba.* Et ad longum ſignificat. Eſt autem ſignum hoc, *ceur.* ſ. latitudo a dextro in ſæuum ſatus pendulum. vel *(vepaſim)* ab omnibus Punicis & Arabicis formatum conſpicimus. Græcum. *ω.* omega, vel. *ω.* *asp.* Armenice, *ſi. us.* Sa ſeptima Indorum litera, & præter id quod a. ſignum ſignificat, literamq. fortificat, & aliquantulum temporis immorari debet in illius literæ prolatione deligant, *vein* dictionibus, *hhat.* Irahmani, &

Irahimi, ſuperius adductis. In dictione quoq. *hſſah* in qua ſub primo lam eſt nota vocalis. *ſ.* ſupra vero *vin* cum ſequens lama, eſt. *ſ.* cum accentu acuto, literam ipſam duplicans, quamvis ſcripta ſit dictione ipſa, per duo tantum lam, & he. puncta duo illa adnexa, ſuppoſitæ nota *hſſah*, cum triplici lam profertur debere inſnuant, geminato nimirum illo qui mediani dictionis ſedem occupat. Ad hoc etiam puncto. *a.* longum indicant, quod ſupra *alph.* cum taxat ponere conſueverunt; & eſt tanquam grauis Græcorum accentus, ſed extrema illius pars ad dextrum deſectus latus ſupra aliquantulum elevatur ad figuram ſere ſemiterculi, vocaturq. *Hemel.* Sunt præterea Punicis, & omnibus qui illorum vtuntur alphabeto, quædam alia ſigna, quæ in fine dictionis poſita. *an.* *en.* *in.* *on.* vel. *vn.* exprimere videntur. Quorum vntum. *ſeri.* *Viam.* Tenuiſſime appellatur, habetq. duas lineas ſimiles a ſinistro in dextrum ſatus pendentes, & inuicem connexas, non ſecus atq. ſi duo acuti accentus coniuncti forent, verum quæ ſuper ſtae linea breuior eſt aliquantulum, quæ ſubſtrata alia, cuius figura talis eſt.

7 Et dictionē

# INTRODV. IN CHAL. LING.

& dictionem in an, vel in en, desinere significat. Alterū vero, Itri. Esre. Tenuin. vocatur, & duas simili modo lineas habet, sed æquales, ita vt Chaldaicum fere Lomad in tegrum oculis nostris obijcere videatur, & vltimam dictionis syllabam in, In. cadere designat. Tertium demū signū, Itri. Otur. Tenuin, appellat. & in. on. vel in. vn. dictionē terminare declarat. Figuram vero similitudinemq; habet, illius notæ, qua astrologi cœlestis Zodiaci circuli signum, Cancrī videlicet, 69. cōmuniter ostendere consueuerunt. Scribuntur autē signa ista, tam supra literas, quam sub eas, patet hoc, ex supius adductis dictionibus Rabin, & Ebnun. nā dictione Rabin, in Arabico, cum duabus tantum literis scribitur, cū. Re. scilicet cui. Nesba. vocalis nota superposita est, ac cū. Be. suppositis illis duabus lineis. Itri. Esre. Tenuin. dictionem in, In. terminare innuētibus, & Rabin sonant. Ebnun vero ex tribus constat elementis, quæ tribus pariter sunt notata signis. Aliph scilicet cum suprascripto. Vstun. Nesab. Patha. vel. Nesba. quod hoc in loco pro. e. vocali accipitur. Be. cum signo quietia ac constitutionis syllabæ, ex. Eliph. & Be. mutante, idest Eh. Nun. cū subscripto, vel superscripto. Itri. Otur. signo nimirū vn. syllabam cōstituente, & fit. Ebnun. Simili modo & reliquis vt poterimus signis, atq; vocalium syllabarumq; notis, de quibus in præsentia hæc dicta sufficiant, vt ad instrumenta quibus literæ proferuntur descendamus.

De instrumentis, quibus literæ proferuntur, & que suis instrumentis  
u. s. p. l. i. t. e. r. e. y  
Cap. VII.  
Posteaquam

**P**ostquam de literarum Chaldearum conformatio-  
 ne cum nostris Latinis, & Hebrais, acceteris de qui-  
 bus supra mentiosem fecimus, ac de earumdem lite-  
 rarum prolatione satis (ut reor) abunde tractauimus, ratio ex-  
 pastulare videtur, ut etiam instrumenta quoque quibus literae  
 ipse proferantur, breuius quam fieri possit ostendamus, &  
 illa Hebraeorum more quinq; esse dicamus. Guttur, scilicet,  
 Palatum, Lingua, Dentes, & Labia. Quae quoque de Syri,  
 & Chaldaei literas suas, sicut literarum actas, eodem fere mo-  
 do, ac cum eisdem procul dubio prolationis instrumentis  
 sicut Hebraei enunciare consueuerunt. Nam quae Hebraei  
 פֶּתֶחַ Hasephathaim, hoc est labiorum, sub hoc complexu  
 בִּמְפֹחַ Bumaph appellat, illas Chaldaei ܦܚܘܢܐ  
 Dsephotho dicunt. Et hic obiter notanda sunt duo  
 illa puncta supra literam ܦܚܘܢܐ he, posita quia plura  
 lem in hoc loco numerum indicat. Nam ܦܚܘܢܐ  
 Sephoto, sine duobus illis punctis, labium in singu-  
 lari numero significat, tertio Regum, septimo, in plu-  
 rali vero numero semper puncta ponuntur pluralis  
 numeri indicatiua, ut in psalmo cxxvii. & in quibus plu-  
 ribus alijs in quibus labiorum sit metio. Sicut perne ha-  
 mico instrumenti hinc &. Beth. W. and. Mim. P.  
 Phe. Q. Quas vero Hebraei דַּבְּרֵי Hasephaim id est  
 dentium





pronunciantur. Quod & de Punicis, Armenicis, & Indis, ac cæteris literarum varietatibus intelligendum est, ut clare cognoscere possimus, ex veterum Hebræorum libris, in quibus de hac re tractatur, ac etiam ex traditionibus quam plurimis, temporibus nostris in re grammaticæ editis, præsertimq; a Ioanne Renchlim, docto illo phœcenste, qui primus Ianuâ Imperij (ut de Iulio Cæsare dicitur) aperuit, & scilicet primus (ni fallor) de cetero, eleganter, & integra fide christianis christianis lingua sancte rudimenta traditione, necnō & ex alijs quâ plurimis aliorum libris, eorumq; post illud de hac rescripserunt. Quantum vero ad Græcarum Latinarumq; literarum prolationem, instrumentorumq; easdem profereudi varietatem pertinet & spectat, qui diligentius, atq; exactius ea cupit intelligere, Græcorum imprimis veterum, ac recetiorum, grammaticorum codices reuoluat, quin & Latinos, Martianum Cappellâ, & Priscianum Casariensem, ac alios qui post eos scripserunt perlegat grammaticos, a quibus abunde haurire poterit, ac si in re rei, si non penitus extinguere, ac saltem aliquantulum sedare, vel mitigare poterit. De qua re, mēs iherat, aliqua in præsentis nostra traductione declarare, verum in aliud tempus distulimus, in quo (si Deo optimo maximo placuerit) aliqua vna cum Aegyptiorum literis, & alphabeto alio, q̄ ab Horo traditum sit, Vergilijs quoq; antiqui, cuiusdam philosophi Apolonijsq; illius magi, siue magis magis Tranæ, Babyleniorm, aliorumq; multorum varia alphabeta, in lucem dabimus. Nunc vero satis nobis visum fuit, ista utcumq; delibasse, ut ad literarum explicandarum expeditionem veniremus.

[ De literis.

## INTRODV. IN CHAL. LING.

De literis duplicibus Hebræorum, Cap. IX.

Vinc literas duplices appellant Hebræi, scilicet.

**Q**uæ sunt Mem. Nun. Phe. Caph. Mem. Nun. Phe. Zadich. quod in fine tantum dictionum ponuntur, nec inquam in principio vel medio Mm, dicitur excepto, quod clausum semel mystice in sacris literis, in medio, siue in capite dictionis positum reperitur. Nec his adnumeranda sunt literæ illæ (de quibus iam supra dictum est) quæ ob id, quod dages aut raphe accessu prolationem variant, merito videntur posse duplices appellari, quandoquidem & in prima, & in media, ac vltima dictionum syllaba collocari queant. Illarum vero quinq; duplicium literarum, finis, extremaque dictionis syllaba, proprius tantummodo locus est.

De duplicibus Chaldaeorum literis,

& eorum scribendi modo.













**Y** Chaldaei vero quatuordecim ex suis literis duplices appellare possunt, quum extrema illorum elementorum pars, in fine tantum collocetur. Mos enim ipsorum est, eadem elementa semper eo ordine simul inscribendo connectere, ut elementum vnum alterius sibi adnexi elementum corpus, quodam modo ingredi videatur, nonnullis tantum exceptis, quæ dupliciter non admittunt. Nec mirum videri debet, quod dixi ingredi quodammodo alterius corpus videatur. Nam Chaldaei licet a sinistro in dextrum, ut Hebræi, Samaritani, Arabes, & Punici, suras legant literas, non tamen in scribendo eundem modum seruant, ut scilicet a sinistro in dextrum latus calamus ducant, sed e caelo ad stomachum literas trahunt, ut de eo quidam dixit.

E caelo ad stomachum, relegit Chaldaea lituras.


Hoc

# SYRIACAM ATQ. ARMEN.

Hoc scribēdi genus arbitror illud esse, quod Festus Pompeius *πρωτοχρον*, To epochon, appellat, deorsum verius, sicut tunc dextrorsum versus, quasi scilicet super cadens, & infidēs, cadere enim videntur literę, & super literas federe atq; vna alteram dorso vehere, dū in ordine alphabeti vel dictionis componendę applicantur, vt non iniuria ab opifice ille summoie cœlo demissę credantur. Quas & Abraham illū Chaldeę, cœli & cœlestium syderum cōtemplatorem, antequam de Vr Chaldeorum exiret, calluisse credendum est, eiusq; vsum, si verum est, quod veteres Hebręonū magistri tradūt, Moysen, scilicet literas de ore Geura, qui *genis* est, accepisse, & vna cum lege, Dei digito scripta, de Synai Monte ad homines deportasse. Et vt clarius concipiant animo qui legerint scribendi modū, vaticiniū Esaię, ex capite. 48. eo modo scriptum, quo a scriptoribus Chaldeis, solum est scribi, hic inferius adnotabitur.

																																
Nqjo.	Dilata.	Tesbuhtho.	Men.	Ex	Propheę.	Ihse.	Cantico	Lgel.	Men.	fmato.	Ehibasnu.	desuper.	cœli.	frillabunt	vel	Rorate	Zadicquitho.	Nerfon.	Vagnone.	Et nubes	Vneęę.	Argo.	Tethphathah.	& ggrminabit.	terra	Aperietur	Achhe	Tetphah.	Vazdiqutho.	Phurquono	orientur	& iustitia

# INTRODV. IN CHAL. LING.


  
 Heth. Dabith. Merio. Eno. Eno. Achidho.
   
 Caepti ea. Qui. Dominus. Ego. Ego. Simul.
   
 ¶ Sunt autem duplices Chaldeorum literae infrastrō-
   
 pae, quae scilicet cum praecedenti & sequenti ligari
   
 possunt. Beth. Gomal. Heth. Feth.
   
 Had. Coph. Lomad. Min. Nun.
   
 Samchath. Gain, vel. Ain. Ph. quae
   
 ph. vel. Koph. Scin. Quaedam quoque sunt lite-
   
in præcordijs possidet, quam si voluisssem per Caph, pronunciare profecto iam nõ gutturis illam, sed palati literam indicasssem. Vt igitur fortem aspirationem intelligeres geminam aspirationis notam addidi, nec tamen pronunciationis illius instrumentum mutauit. Litera ista licet cum in medio est vtrinq; ligari queat, dextra præcedentem, læua vero sequentem literam amplectitur, potest nihilominus & incohare & terminare dictiones. Octauam etiam sibi numerationem vendicat, quam  $\aleph$  hodie, id est decus, siue laudem & gloriam, qui cabalistica scribunt appellauerunt. Vitam vero significare hheth, qui hebraica non ignorant, intelligere possunt. Proinde Mathematici, & Astrologi, octauam domum mortis, & finis vitę significatricem dixerunt. Constare illam ex Daleth, & Vau, qui de Hebręorũ literis scripserunt asseuerat. Quid vero ultra octauam dimensionem, per quartam nimirũ, quę per Daleth, & sextã quę per Vau exprimitur, ac decimam quę ex complexis inuicem literis resultat, insinuet, breuitati cõsultentes in præsentia declarare præmittimus. Ex duobus tamen Iodin, Chaldæorum hheth constare, & suas cum separatas, tum simul iunctas habere numerationes manifestum est. Idq; non vacare a latenti in sacris adytis mysterio, nec dum ab omnibus intellecto, existimandum est. Proinde his qui tales numerationes curiose sectantur isthęc (ad Teth literã properates) diligentius persciutanda relinquimus.

 . 3 . Teth quoque radicalis litera est, & ea ratione duplex appellari potest, quia cum præcedenti & sequenti ligari valet, nam & in principio, & in medio, ac etiam

SYRIACAM ATQ. ARMEN. . . . . 101

æ etiam in fine dictionis reperitur. Præterea in alphabeto  
ultima est inter literas vnitatem significantes, & T. latinam  
(vt dictum fuit) literam representat, quam Cicero non ab  
re literam insuauissimam appellauit, quod vitæ vltimum  
mortemq; significet, quod & de Theta Græco. Volatera-  
nus Persius intellexit cum ait in Satyra quarta.

Et potis est vitium mortis præfigere theta. . . . . vel

Et potis est nigrum vitio præfigere theta.

Domitianus mouitate quadâ signi, cū in exercitu quēpiā  
interfici voluisset, coram percussore nasum emungebat, vt  
per hoc aliquem morti obnoxium esse intelligeret, & car-  
nificis officio fungeretur, quod Martialis insinuat dicens.

Noti mortiferum questoris Castrice signum.

Est operepretium discere theta nouum.

Exprimeret quotiens rorantem frigore nasum.

Lætalem iuguli iusserat esse notam.

Turpis ab inuiso pendeat stiria naso.

Cum flaret madida fauce december atrox.

Collegæ tenuere manus, quid plura requiris?

Emungi misero Castrice non licuit.

Thau vero absolutionis signum est, & salutaris nota apud  
Ezechielem nono. Et signa Thau super frontes virorum  
gementium, de qua litera Aufonius meminit dicens.

Scire volo catalecta legens quid significet Thau.

Virgilius vero in catalecto carmine Thau gallicum ap-  
pellat inquiring Thau gallicum imminet ipsemet male illi-  
sit, pro cruce intelligens, quia galli crucem ad T. literæ si-  
militudinem erigere solent. Et licet T eth litera, mortem si-  
gnificet, per eam tamen haud ab re boni nomen, tam ab

C Hebrais

**INTRODV. IN CHAL. LINGVAM**  
 Hebræis **טוב** Tob, vel Tou, quam à Chaldæis & Syris;  
 per eādē literam scribitur **ܬܘܒ** Tobo, & Moyſes  
 in libro Geneſeos, Vidit inquit Deus omne quod fe-  
 cerat, & ecce **טוב מוד** Tou meod, bonum valde. Qui he-  
 braicarum literarum ſecreta rimantur per Tou, vitam, per  
 Meod, mortem, interpretantur. Multi quippe non naſci  
 longe melius cenſuerunt, aut quam citiſſime aboleri, inteli-  
 ligentes, vita hac caduca, miſera, & erumnarum plena, lon-  
 ge meliorem eſſe mortem, quando quidem nec hic perma-  
 nentem habeamus ciuitatem, ſed futuram inquirimus, dixit  
 ille qui archana Dei vidit, quæ non licet homini loqui, &  
 cupiebat diſſolui, ac eſſe cum Chriſto, qui regnum ſuum  
 dixerat, non eſſe de hoc mūdo. Quod ethnici quoq; nō  
 pauci conſideraſſe credendum eſt. Qui mortem vita gra-  
 tiorē habuerunt, & ad eam læto animo confugerunt, quā  
 (vt Cicero inquit) ſapientes nunquam inuiti, ſæpe vero  
 fortes libenter apeterunt, quorum copioſam multitudinē,  
 ſi per nomina recensere vellem, longa profeſto nimiū no-  
 ſtra hæc traditio foret. Proinde & Cleombroti odium, &  
 Socratis cicutam, & aliorum varia ad mortem prouocari-  
 dam (vt ſic dicam) armorum genera, ita prætercunda du-  
 ximus, vt illud nihilominus obiter dicamus, Geomáticos,  
 Mathematicoſq; & Astrologos, ad hoc fortaſſe reſpexiſſe  
 cum octauam domum, quam Hhet litera, quam vitam ſi-  
 gnificare diximus, in ſua numeratione poſſidet, malam eſſe  
 & nequaquam aſcendens aſpicere, ſed domicilium eſſe tis-  
 moris, interfectionis mortis, & finis vitæ. Nonā vero, quā  
 Teth occupat, è contra bonam, & in ea gaudere ſolem, &  
 trino

trino aspectu ascendens aspiceret, domumq; esse scientiæ & fidei, ac religionis, & lōgæ vitæ. Et quid rogo hac vita mi serius, quæ in octaua cōsistit? quid vero homini morte melius esse potest? quæ & si terribilium omnium sit maximū, omnibus tamen mortalibus debita est, *Βρωτῶν ἀποσίτησιν καὶ ἀσθενείᾳ ἀνάσσει*, Vrotis apasm kathagnin ophilatæ. Fato inquit omnibus hominibus mori datū est. Et cum id ineuitabile omnino sit, & nox ppetua vna mortalibus sit dormienda. His nimirum qui à domino minime excitantur à somno. Et qui nam profecto melius excitantur, quam qui octauā Hheth domum ( quā vitæ diximus ) sed morti ab illis dicatam, spernentes. Nonam hanc mortifero theta insignitam, gaudio, lætitia, fœlicitateq; perpetua refertam, fœlices perpetuo cum cœli fœlicibus habitaturi ciuibus semper considerantes, amplexantur & ingrediunt. Quā dilecta enim ( ait propheta. ) tabernacula tua domine virtutū, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quam bene in hac domo gaudet sol ille iustitiæ, qui ex virgine natus est, Christus Deus noster, cū trino aspectu fideles suos in cœlum ascendens, & iam ad dexteram patris, in vnitate sancti spiritus sedens, Trinitatis deificę contemplatores, sapiētes, fide plenos, atq; religionis obseruatores, longę vitę, perpetuęq;, quæ in Christo est, qui dixit. Ego sum via veritas & vita, amatores, atq; huiusce literę ( Solonis more ) dum in hac vita peregrinantur memores, perituri luxus mundi cōtemptores, & beatam illam vitam affectantes, efficit. Con stare hanc literam Hebręorum magistri, qui de huiusmodi literis tractauerunt, alij ex Caph, & Vau, alij ex Caph, & Zain. Proinde varias eidem numerationum intelligentias

C ii      tribuunt,



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

tribuunt. Chaldæorum Teth, ex Olaph, & Hheth, aut ex Zzode, & Vau, constat, quarum prima & octaua coniuncta numeratio, nonam conficiunt, vltimam vnitatum diuinarum, quas decima confestim in eadē numeratione cōsequitur. Aut ex sexta & nonagesima & nona, vt totum cōpositum in sui status numeratione capiatur, quarum omnium numerationes non sunt spernendæ. Possumus & ex Arabica. . Te. sextadecima in ordine litera, non paruis pendēdas numerationes elicere, cū ex Eliph, & Chieph, ex prima scilicet & vigesima, aut ex Lam, & Chieph, ex trigesima scilicet & vigesima numeratione cōstare probetur, vt sit quinquagenarius iubileus numerus, his qui recte, ac sancte, vita in hoc mundo peracta, ad fœlices ab eō beatorum post mortem sedes in cœlis transeūt. At vt nec sic græcorum elementorum rationes mysticalq; computationes prætermittamus. Nonne si integrum Thita, in partes secaueris, ex quibus constare videtur, vel ex quo partes aliæ eliciuntur, multa latere fateri cogemur archanorum mysteria. Nam præter quam quod ex hac litera tres constant accentus. Ex superiori scilicet semicirculo, circumflexus, ex inferiori, breuis vocalis nota, ex media, quæ κατὰ δὲ διάμετρον, kata diametron, per diametrum linea transit, longus. Aut si alio etiam mystico sensu, aliter secare partiriq; ipsum Thita, placeat. Exempta imprimis media illa linea, quæ diametri seu dimetientis & diuisoris locum obtinet, perfectus remanebit in se cōtractus orbicularis circulus, quē si dextrorsum sinistrorsumq; dissectum consideraueris, crassum spiritū, dāsiā scilicet, aspirationis notam, ex sinistro, statilem vero spiritum, & auram lenē, quę super aquas feratur, ex dextro, corporis

corporis & anime in vna seruatoris nostri assumpta humanitate inseparabilem diuinitatis in trinitate copulam facilitate considerabis. Indorum quoq; ipsum hoc elementum non sine mysterio constat, cum triplici conflatu radio cernatur. Qui sane omnes ex vno veluti medio axe (vario licet modo) pendere videntur, ita vt, qui medius consistit, ad perpendicularum firmatus appareat, qui vero hinc atq; inde dextro scilicet atq; sinistro latere, incuruo suo, atq; in formis modum sinuoso, arcuatoq; reflexu, columnam in mediotulio, quasi semicirculi adstantem, & tamquam alterum Athletem, conuexum coeli circulum humeris sustentantem, ambire quodammodo, & inuersum Hebraicum & Scin, representare videntur. Quae omnia abdita quaedam omnino & penitus archana indiuiduae trinitatis, beatorumq; spirituum repromissae foelicitatis mysteria innuere suspicanda sunt, vt in litera Scin, fortasse videbimus. Praeterea litera ista Teth, vna est ex literis quae linguae adpullsum in suae prolationis expressione vel maxime requirit, & intra dictionum medullas inscita, substantifica esse dicitur, & iccirco inter radicales (vt dictum est) sibi nomen vendicauit, & quamquam vltima singularium numerationum sit, inchoat tamen tertiae literarum combinationem seu connexionem quam Iod finit.

**U**. Iud igitur siue Iod litera, vt Hebraeorum more proferatur, inter radicales ita numeratur, vt etiam seruilis esse queat, in fine quippe verbi affixa tertiam futuri temporis personam insinuat, vt Deuteronomii, v. ubi habemus. Non erit tibi deus alienus. Chaldaice ibi scribitur.

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Lo iheui loch  
 ܠܘ ܝܗܘܝ ܠܚܝܐ  
 aloho ohharan. hoc est. Non erit tibi deus alienus, &

hic notandum est verbum iheui . idest erit, & in psal  
 mo secundo . Et iter impiorum ܛܝܒܝܐ Tibdai.

idest peribit. In quo animaduertenda est, atq; notāda litera  
 Thau, quia est ex literis ethan, & Iud in fine positum indi-  
 cat quod dictum est. In fine dictionis additum loco pro-  
 nominis primæ personę succedit, videlicet. Me mihi meus  
 mea meū, vt in eodē psalmo secūdo ܐܢܐ ܐܡܥܢܐ

Eno aqui  
 ܐܢܐ ܐܡܥܢܐ ܥܢܐ ܐܩܝܡܬܐ ܡܠܟܝ ܓܠ ܙܙܗܝܘܢ ܛܘܪܐ ܕܩܘܕܫܐ. idest. Ego po  
 nth malchi gal zzheiun turo dqudsi. idest. Ego po

nam vel posui regem meum super sion montem san  
 ctū meū. & psalmo. iiii. ܢܝܘܢ ܢܘܢܐ ܕܠܝܒܐܢܐ  
 Cad. krithoch gnaitoni, hoc est. Quando vocavi te

exaudisti me, vel respōdisti mihi, & in alijs quamplurimis  
 psalmis. Quomodo autem Iod in verbis vsū esse possit,  
 tam Hebræis, quam Chaldæis, & quomodo adiectiua &  
 abstracta etiam nomina faciat, & quid in ipsis verbis opere  
 tur, quando post primam & intra dictionis limites repertū  
 fuerit, ac verbale nomen efficiat, & quomodo post literam  
 secundam participium cōstituatur, aut qua ratione saepe scri-  
 batur & non proferatur, siue in diphthōgo, siue etiam sine  
 diphthōgo, & alia multa cū in verbis, tum in nominibus,  
 istius literæ officia, & mutuā cum Olyph, in quiescentibus  
 cōmutationē

commutationem, in aliud tempus explicandum relinquimus. Decima p̄terea litera est alphabeti Hebraici & Chaldaici, & paruo hoc elem̄to, atq; impartibili ( vt sic dicam ) punctulo, denarium numerum indicant, & decimæ numerationis principium faciunt. Et auctores qui literarum Hebraicarum formas, numerationes & mystica in eis latentia sensa explicant, magna in hac litera Iod, in esse asseuerant, illamq; tanquam alterum chaos, & primam *אין*, ylin omnium numerationum, & principium exhibent; prægnantemq; esse contendunt, & prolificam, cum tamē puncti Iod cum obtineat, & impartibilis ferè sit, parua quidē visu, sed magna effectu, vt non ab re ineffabile illud Dei nomen, Iehouah, quod Tetragrammaton appellant, ab illa inchoare voluerit, & Seruator noster Iesus, nomē suum ab eadem auspicatus sit, cuius typum gerebat ille, de quo dixit annoſa mater, risum fecit mihi dominus, a cuius matris nomine ( vt supra tactum fuit ) quod cum adhuc sterilis esset; atq; in fœcunda Sarai erat, omnipotens deus, fœcundam illā atq; prolificā esse volens, Iod literam auferens, Sarah, inquit nomen eius erit, auferēsq; ab eo Iod, primam ipsius ineffabilis nominis literam quæ denarium indicat, & secundam eiusdem nominis. He. scilicet quæ quinarium, dimidium denarij numerum ostendit, substituens filio præstituit, atq; quod vni abstulit, alteri concessit, nec tamē vllum eorum, virtute literarum sui nominis expertem esse voluit, sed nec cōiugem illius ( de quo mentionē fecimus ) Abraham, cum quo cum Berith, pactum scilicet, atq; fœdus suū omnipotens deus, initurus esset, atq; producturus ingentem magnam, patremq; multarum gentium esse facturus, partē  
decimæ

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

decimæ ab vxore ablatam, illius nomini subintulit dicens. Ecce ego pactum meum tecum, & eris pater multitudinis gentium, & non vocabitur vltra nomē tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham; quoniam patrem multarum gentium constituit e. Ecce quātum illa quinta numeratio intulerit Abrahæ, in gentem nimirum in lumbis eius genti talem virtutē, plurimam in vxoris eius vmbilico, in prole gignenda: fœcunditatem, & in vtrifq; risum, in altero tamē cordis, in altera vero oris, decimaq; ista numeratio in marito & in vxore pfecta est. De qua quidē decima istius Iod, numeratione innumeræ cū procedere valeāt numerationes, & ex eis mysteria penē infinita coniectentur, qui de hac re loquuntur, si ea recensere voluerimus, volumine opus fuerit non introductione, iacirco de eadem finem faciemus. Illud tamen intactum non prætermittentes, quod de hac decima Mathematici loquūtur, atq; Geomantici; qui decimam domum fortē esse asseuerant, cuius principium in meridiano constituitur, nominaturq; angulus cœli & cardo, ac cuspis meridiei, & est è regione anguli noctis & est domus regia, imperij, sublimitatis, exaltatiōis, nobilitatis, honoris, & bonæ fame, aspicitq; ascēdens quarto aspectu. Et quid rogo hoc melius in Abrahā, & in vxore cōuenit, quam id quod de hac domo isti asseuerant. Videbat quippe deus ( si fas est dicere ) imperfectam quandam inimicitiam cum illis exercere, cum tanti temporis sterilitate mulctasset, tamen quia decima regia est, & ad regē spectat sublimare & exaltare, ecce quod Rex omnipotens; & maritum, & vxorem, iam penē decrepitos, quali dignitate decorauerit, cum illum multarum gentium patrē, hāc prole fœcundam



**INTRODV. IN CHAL. LINGVAM**  
 nomen tuū. **נְתַגְסִנּוּן בּוֹחַ כּוֹל רֹהֵמַי סְמוֹח.** Nethgasnun boch cul rohhmaismoch. Fortificabun-  
 tur, seu roborabuntur in te omnes amatores nominis  
 tui. Et in eodem psalmo paulo supra, vbi dicimus.  
 Neque permanebunt insipientes, seu qui se laudant,  
 & cū iactantia se insolentius efferūt. **סִבְרָה לֹא תִשְׁתַּחֲוֶה.**  
 Qudhom vel Kdhom gainaic. Ante oculos tuos,  
 vel in cōspectu oculorū tuorū. Et Deuteronomii. v.  
**אֲנִי מוֹרִית אֱלֹהִים.** Eno morio alohoch. Ego do-  
 minus deus tuus. Et hic aduertendum est, quod quā-  
 do masculini est generis, semper profertur per och, nisi vt  
 paulo ante dictum fuit. Cū vero est foeminini generis, tunc  
 habet Esaiā, & effertur seu enūciatur, per ech, vt Lucæ. i.  
**שְׁלָמִים לְעַמְּךָ מְרִיָּם.** Slam lec Mariam. Pax tibi  
 Maria. Et hic quoque obiter animaduertendum est,  
 quod cum foemininum est referens genus, tūc illi sapenu-  
 mero superadditur lud, vt hic vides, & nihilominus, haud  
 quaquam profertur, tametsi scriptum appareat, neq; enim  
 dicimus. Slamlechi, sed Slamlech, vt etiā ibidē. Dominus.  
**אִתְּךָ.** Gamech. non gamechi, idest, Tecum, &  
 ibidē. Benedictus fructus. **בְּבֶטְנְךָ.** Dabcharsech  
 idest, ventris tui, vel qui in ventre tuo, o Maria. Cum vero:

pro

pro hominis ventre accipitur, tunc per Odom profertur  
 ut in psalmo. 132. in quo habemus. Juravit dominus Da-  
 vid veritatem, & non frustrabitur eum, vel non auertet ab ea.

ܘܕܡܢ ܦܝܪܝܐ ܥܪܫܘܚܐ ܕܡܢ ܦܝܪܝܐ ܥܪܫܘܚܐ  
 Dmen phirai carloch  
 auteb gal cursioch ❖ an netrūn bnaic quoimi vel

kiomi. De fructu ventris tui ponam super sedē tuā,  
 si custodierint filij tui pactum meum. In hoc quoq; loco  
 notanda est metathesis Dolad, articuli genitiui casus, nam  
 additur ad præpositionem men, cū tamen seruiat genitiuo  
 carloch. id est, ventris tui, alia's enī dicere deberet, dcarloch,  
 & hæc metathesis per sæpe fit. Præterea etiam hic obseruā-  
 dæ sunt in primis carloch, quia ad David ventrem refertur  
 accirco per och, prolatū est. Similiter & cursioch, pro eo  
 quod supra dictum fuit Coph, in fine additū, quando ma-  
 sculini generis pronomen insinuat, proferendum esse per  
 och, si modo non præcedat lud, quia tunc & per Ishhaq,  
 ut in exemplo ibidem posito, & in tertia hic notāda dictio-  
 ne bnaich. Et p Odom, ut in præsentī dictione cursioch.  
 Nam pro Sede, Throno, siue etiam Solio. Chaldaei hñt.

ܕܘܕܡܢ ܦܝܪܝܐ ܥܪܫܘܚܐ . ut in psalmo. xi. ܕܘܕܡܢ ܦܝܪܝܐ ܥܪܫܘܚܐ

ܕܘܕܡܢ ܦܝܪܝܐ ܥܪܫܘܚܐ Morio basmaio cursihe. Dominus in  
 cœlo sedes eius, & in psalmo. ix, & in alijs multis psalmistę  
 locis. Cæterum quādo Caph, apud Hebræos, sit pro ad-  
 uerbio similitudinis, sicut, quemadmodū, veluti, instar, ferè,  
 & pro id genus alijs, aut existimationis, & coniecturę, aut

D ii verificationis



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

verificationis, vidēdi sunt, tam veteres, quam nostri temporis diligentissimi grammatici, qui de Hebræorum præceptionibus scripserunt. Chaldaicum Coph, vtrunq; Hebraicum Caph, in se continet, capitale, scilicet (quod aiūt) & finale. Quandoquidem caput istius ab Hebræo capitali, & finis à finali, nihil omnino discrepet. Ligabilis præterea litera est, nam principium; & cum præcedēti, & cum sequenti ligari potest, finis vero præcedentem dumtaxat litteram amplectitur. De eius prolotione, ac de eiusdem cum aliarum diuersi generis linguarum literis conformatione, & varia illius cū rubri coloris puncto enunciatione, quia in superioribus à nobis abunde satis dictum fuisse arbitramur. Iccirco ad alia eius officia discernēda trāsītū faciētes, numerationes illius nō p̄termittēdas duximus. Vndecima licet in numero literarū alphabeti sita sit, & prima post decimam conspiciatur, duplicatum tamen denarium numerum; vigesimam scilicet numerationem, tam Hebræis quā Chaldæis, Syris, & Græcis, insinuat. Initium præterea est, quartę connexionis literarum primi modi, & finis alterius quartę secundi modi, cuius etiam caput semicirculi dextri, ac lunę faciem reddit, vt non ab re à latinis dictum fuisse arbitrer. c. litteram inuersam Hebræorum, scilicet Chaldæorumq; more scriptam, fœminam representare, & caiam significare. Quę itidem mutato ordine, inuersis nimirum cornibus, Chaldeę, Hebręq; oppositis constituta, masculinum, scilicet Solem, in sacris ac mysticis sensibus designare valet. Et. c. sanè latinū, Caium, vel Gaium, significare, ex Probi, & Quintiliani, & aliorum grammaticorum scriptis traditionibus manifestum est. Ceterū vndecima ista numeratio

meratio in cœli domibus cōstituēdis , apud Astronomos bona semper habita est , in qua Iouem aiunt, gaudere, & ascendens Sextili ( verē scilicet atq; patentis amicitie ) aspectu conspiceret, & illam fortunę amicorum, & spei prospere domum appellare consueuerunt, vt non ab re etiā hinc considerare possimus, quod quinto die summus ille omnium conditor deus duo luminaria magna fecerit, quorum alterum quod nocti præesset ab alio lumen mutuaretur. Repādum quippe sinum , apertis vndiq; cornibus , Soli, lumen suum impartiri minime neganti, ostendit. Et sextam suspiciens aduenientem, ad vndecimam cōstituendam numerationem, non refugit. In qua homo creatus est, masculum enim & foeminā creauit eos, vt mutuo amplexu, mutuis coniunctionibus, mutuoq; amore cōiuncti, foecūda prole multiplicati, replerent terram. Proinde etiā qui de literis Hebraicis atq; Chaldaicis tractauerunt, Coph, seu Caph. in Lamed, & Mim. intrare asseuerāt. vt i ipsi literis videbimus. Litera ista ne dū apud Græcos, verū etiā apud Latinos, mali nō nunquam ominis fuit. & iccirco in pro uerbiū transiit *κάππα διπλῶν, ἀειρώπων κακὸν, τρία κάππα κάκιστα*, Cappa diplun anthropon cacon. tria cappa cacista. Duo cappa hominem malum indicant. tria cappa pessima sunt. pessimi scilicet hominis inditia. Cappadocis nimirum Cilicis, atq; Cretensis . nam vt ait beatus Paulus *κρήτις αἰψέως κακὰ βίβηται γαστέρες ἀργοί*, Crites ai pseustē cacthiria gasteres argi. Cretenses semper mendaces male bestię ventres pigri. Et in libris Sybillinis ( si beato Augustino credimus ) trium istarum literarum mentio facta est. per quas Cornelij tres designari videbant. Cornelius scilicet Sylla.

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Sylla, Cornelius Cecinna, Cornelius Létulus. Hinc etiã Plautus simili schemate furem, trium literarum hominem, appellauit. Præterea literã. c. apud iudices Romanos condemnationis notam fuisse proditum est, eorũ quippe mos fuerat cognitæ causæ tabellas in urnam æneam, siue cistã conijcere, in quibus si. c. litera comperta fuisset, condemnati, capitis potestas in manu carnificis mancipabatur. Si vero. a. pœnam remittendam, absoluendumq; reum fore cognoscebatur. Quod si forte fortuna iudicum animus, nec dum in alteram partem fixus esset, sed hæsitãs dubiusq; adhuc, & ancipiti deliberatiõe distractus foret, nec causam clare cognosceret, & p̄inde dilatione, cõperendinatiõe q; atq; ampliatiõe opus esse censeret, duas tunc literas. n. scilicet & .i. non liquere nimirum significantes inscriberãt. Augustus vero ille Cæsar, sub quo pace longa vigẽte, natus est Saluator noster Iesus Christus ( qui scelerum pœnã remittere, peccataq; hominibus ignoscere venerat ) tertiam iudicibus tabellam tradidit, vt qui condemnandi, aut certe absoluedi, dumtaxat notam haberent, ignoscẽdi quoq; calculum haberent, quo accusato ignoscẽdum, veniamq; dandã, demonstrarent. Possem hoc loco non inutilem forte suscitare controuersiam, quæ inter grammatikos versari solet. An scilicet latini bene fecerint. k. & .q. in literarum numero accipere, cum. c. litera, idem ferè potestate & sono valeat. Sed in præsentia prætermittendam duxi, quãdo quidem vt etiam in cæteris linguarum varietatibus, literæ quædam aut notæ, & signa, non ab re cõperta fuisse conspiciamus, quõ facilius commodiusq; verba aliqua, & dictiones enunciari valerent, significatiq; differẽtiam insinuarent.

nuarent. Quæ sanè nomina aut verba si cum vno elemēto scribantur, vnum aliquid significant, quod cum alio nequaquā. Iccirco optime quidem ( meo iudicio ) Hebræorum grammatici, tam veteres, quam recentiores dixerunt, cauendum esse ne vna litera pro alia proferatur. Hinc tāta apud illos ( vt supra dictum fuit ) punctorū varietas. Hinc apud Punicos, Arabes, Armenos, Indos, Macedonas, Dalmatas, Græcos, & Latinos, & cæteros, de quibus in superioribus verba fecimus, orta, inuētaq;, ne dum literarū, verum etiam accentuum, ac punctorum tot diuersa genera. Hinc Chaldæi, & Syri, vt Hebræos taceam, vtrunq; Coph, vario modo proferunt. Et Coph, quidem vndecimam alphabeti literam, de qua in præsentia tractamus, & qua pro. c. ( vt ostendimus ) passim vtimur, liberiori oris hiatus, superioribus inferiora labia dentibus comprimentes, proferunt. Coph vero decimam nonam literam, quæ pro. k. & q. nobis succurrit, productis aliquātulum labijs & arcuata, ac ad radices anteriorum dentium adpulsa lingua, rotundo ore, obtuso nihilominus vocis sonitu, nec labris dente compressis enunciant, ne vnum pro altero reddere videātur. Quod etiam in litera Taf, & Thita, necnō in Cappa, & Chi, apud Græcos obseruatum vidimus. Et Cappa quidem Græcum maiores nostri vario in nostros vsus modo acceperunt. Vertentes, cum in. c. vt apud Euāgelistam Lucam cap. 2. vbi legimus hæc descriptio prima facta est à Præsidi Syriæ, κυριου, cyrinu, Cyrenio quem Iosephus in. 1 7. & 1 8. antiquitatis Iudaice, Cyrinum cōsularem nominat. Et Persarū ille famigeratus Rex κυρου, Cyrus, Gabisg, & Mandanes filius. Et κυριου, Cyrenon Cyrenæum,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Cyrenęum, ἀπὸ τῆς κυρήνης, apo tis cyrinis, à Cyrene Insula. Et κυρηναϊκὴ, cyrinaici, cyrenaica ab Aristippo Philosopho secta appellata est. Tū vero in. q. vt Ἀκύλας, Acylas, in nomine Aquilę Philosophi, seu alterius Grammatici, & Musici. Et Ἀκύλλιος, Acyllios, Aquilius ille Regulus Romanus fidei speculum. Et Κυρίνος, Cyrinos, Quyrinus, & cantatissima Italię Patriarchalis Ciuitas Ἀκυλίαια, Acylia, Aquileia. Et Quadratus ille q̄ ab origine Urbis Romę, vsq; ad Alexandrum Cęsarem, Mammeę filium, historiã composuit, Κοδράτος, Codratos, scribitur à Gręcis, qui etiã Questorem Κοικίσιωρα, Ciestora, dicunt, Et Paulus Apostolus ad Roma. ι β. αὐτὸς Κοῦαρτος ὁ ἀδελφός, kę cuartos ho adelphos, & quartus frater. Et vt tadem finem faciam, quis non nouit Titum Manlium illum Romanum, qui ad Annienē (vt Gręci auctores & nostri asseuerāt) Galli, quem ab eo prouocatus occiderat, sanguinolēto torque detracto, Torquati nomen inuenit; à Gręcis Τόρκοῦατον. Torcuaton, per. c. à nostris per. q. vbiq; scribi, quod si. k. loco. c. vel. q. substitueretur, rogo te quicunq; es, vt aures consulas, & quod inde sonabit, si latinam vocem, an exteram nescio quã reddat, respondeas. Exempla ne dū priorum nominum, verum etiam aliorum quã multa adduci possent, quę si aliter scriberentur, Barbarum quiddã penitus resonarent, quę breuitati consulentes, & adsequentem duodecimam Lomad literam properantes, in pręsentia missa facimus.

**U**. U. Lomad itaque litera linguę instrumētū in sui prolatione requirit, & vt in nomine, ita & in officio

officio cum Hebræa conuenit. Præposita quippe dictio-  
nibus vicē obinet præpositionū ad apud, vt in psal. 142.

ܕܡܝܢ ܕܡܝܢܐ Bquoli Imorio qrih.

In voce mea ad dominum clamaui. Est etiam articu-  
lus obliquorū, & maxime datiuī casus, vt i psal. cx.

ܐܡܪ ܡܘܪܝܐ ܠܡܘܪܝܐ Emar morio Imori. Dixit  
dominus domino meo.

Et seruit pro vna ex literis  
baelem, sicuti vt apud Hebræos Lamed, vt i psal. ciiii.

ܠܡܦܗܩܘ ܠܗܗܡܘܢ ܐܪܥܘܬܐ Lmaphaqu lahhmo

men arego. Ad producendum panem de terra, vel vt  
producat panem de terra. Similiter & in psal. lxxviii.

Mons quē elegit sibi deus ܠܡܡܬܒܗܘܬܐ Lmetab

bhe. Ad habitadum vel vt habitet in eo. Inter duplices cō-  
numeratur, quia vtrinq; ligabilis est, vt in exemplis paulo  
ante adductis comprehendī potest, & non sine aliqua sui  
diminutione ligatur, & in fine dumtaxat integra manet, vt

ܠܘܐ Gal. Et in multis simili modo in fine reperta,

licet cum præcedenti copuletur, integra tamen perse-  
uerat. Cum ad gerundium infinitiuum ve faciendum præ-  
ponitur, etiam cum Mim, vt plurimum cōiuncta reperit,  
vt fortasse in litera Mim, dicetur, quod tamē patet ex su-

perius adducta auctoritate psal. ܠܡܦܗܩܘ Lmaphacu,

E A verbo

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

A verbo quippe quod prodijt, pcessit, exiit vel egressus  
 est significat, scilicet נֹפֶה Naphaq. vt in psal. lxxiii.  
 נֹפֶה Vanphaq. & prodit quasi pinguedo iniqui  
 tas eorū. Formatur verbū אִפְהֵק Apheq. & אִפְהִיק  
 Aphiq. Hinc futurum אִפְהֵק Apheq. idest conuertā,  
 vt in psalmo. lxxviii. Dixit dominus ex bassan cōuertā,  
 vel אִפְהֵק אִפְהִיק דְּמֵי בֵית שֵׁנַת אִפְהֵק.  
 Quia ex domo seneorum cōverti faciā, & מִפְהֵק  
 Vmaphaq. Qui eduxit, in eodem psalmo, & in psal  
 mo. cxxxv. etiā דְּנֹפֶה Dnopheq. vt in psalmo. xix.  
 וְהוּא אִיךְ חַתְּנוֹת דְּנֹפֶה מֵעַם חַתְּנוֹת  
 Vehu aich hhathno dnopheq men beith gnuno. Et ipse tā  
 quam sponsus procedens de thalamo. & מִפְהֵקוֹ  
 Maphquono. vt i dicto psalmo. lxxviii. מִפְהֵקוֹ  
 מִפְהֵקוֹ מִפְהֵקוֹ Morio aloho morhe  
 dmauto vmaphquono. Dominus deus dominus ipsi  
 us mortis & egressionis, exitus & interitus. & per me  
 thaphoram Maphquono, pro stercore, & egestione  
 sumitur. Similiter & a verbo רָחַץ Rehat. Cucurrit  
 ormatur futurum, cū additamēto Olaph, ex literis Ethan,  
 videlicet

videlicet <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ Erhat. Curram. Hinc formatur gerū  
dium cum additione Lomad, & Mim, vt dicto psal

mo. xix. <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ <sup>A</sup>ܐܘܪܝܢܐ  
Nduzz aich ganboro

Imerhat vrhhe, men sauphai smaio maphqhe ❖ Exul  
tauit vt gigas ad currendam viam, ab extremitatibus

cœli egressus eius ❖ Cæterum Chaldaicū Lomad,  
duodecima in sede locatur, & quartæ cōbinationis,

& vtriusq; modi partitionis medium sibi vēdicat. Hebrais  
cum vero Lamed, extremas quartæ cōnexionis partes oc-

cupat, quæ ex Caph, & Lamed est, scilicet ex manu, discipli  
na, seu corde, vt diuus Hieronymus ait. Manus in opere,

cor & disciplina intelliguntur in sensu. Quandoquidem  
nihil facere valeamus, nisi prius quæ facienda sunt sciueri-

mus. In intellectu enim prius cōsistunt (ait Philosophus)  
quam in sensu. Quintæ præterea alterius partitionis me-

dia litera est, vicaria scilicet, mobilis, atq; subseruiens. Con  
stare illam perhibent (qui de Hebræor; literis tractauerūt)

ex Vau, & Caph, Vau superiora, Caph inferiora eius oc-  
cupat. Alta petit Vau, sed Caph cornu contendit ad ima.  
Senario quo mundus factus est Vau elatam ad cœlos cer  
uicem eleuat, nubes penetrans, & mundum humilem, quæ  
Caph, occupare dicitur, suo calcans vestigio, & dum alte-  
ra (vt aiunt) humeros cōscendit alterius, turris efficitur &  
vocatur, non tamen gigantea ex qua diuino fulmine tacti,

E ii miserabiliter



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

miserabiliter corruerunt, in duodecimam hęc quam Mathematici & qui à terrę vaticinio Geomantici dicuntur, & Astrologi, malam domum, ac tenebrarum puteum appellant. Saturnumq; humanę naturę euerforem in ea gaudente, & esse tristitię, inuidię, deceptionis, & caliditatis, carceris, sepulturę, inimicorumq; domum. Cum in eadem prædominium (vt aiunt) habuerit sexta numeratio, quę iuxta eorũ traditiones, similiter mala est, & in ea letus habitet Mars, nec ascēdens aspiciat, impedimenta præstantibus seruitute atq; infirmitate, quę in ea, ceu in carcere cōclusa referunt. Mysticis tamē archanisq; modis sexta vigesimam consecravit numerationem, & turrim cōficit non Babel, sed turrim David, de qua in canticis canticorum. Turris David cololum turrim. Et turrim fortitudinis, de qua dicitur, turris fortissima nomen turrim. Nomen inquam de quo dictum est, nomen amephoras ineffabile scilicet, & quatuor vocaliũ, in quo numeratio ista vigesima sexta continetur, quam & Lamed, duodecima hęc litera cōplet. Nā Vau sex, Caph viginti, ex quibus litera ipsa constat, efficiunt. Et diuini nominis numerationem representant, & aliquid etiam ultra, si quatuor literarum numerum, non numerationes considerauerimus. Quaternarium quippe numerũ si addideris, (de quo fortasse Pythagoras in carmine aureo, si modo illius est, sensisse videtur, cū ait. *Ναὶ μα' τον ἀμετέρα ψυχῆ πάσης δόρτα τετρακτὴν παγαίν ἀεταίου φύσεως*, Næ ma ton ametera psicha paradōta tetractin pagan aenau physeos. Nę per nostrę animę dantem quaternionem, fontem perhennis naturę. Non absq; latentibus mysterijs trigessimum numerum cōficiet, & proinde illum etiam designat, de quo si opportunum

tunum visum fuerit in sequenti computatione verba faciemus. In quo autem Lamed, cum Chaldaico Lomad, & Punico Lam, ac Armenico Lun, atq; cum ceterarum linguarum similis virtutis litera, conueniat, in superioribus satis dixisse arbitramur, in presenti propterea loco, vltius non progrediemur. Quod vero Lambda, seu etiam. l. nostrum aliquando in conuicijs habita fuerint, & in prouerbio divulgata Aristophanes expressisse videtur, cum ait, Δακεί δέ μοι κῆ λάμβδα κατὰ τοῦσ. λειβίδοσ. Docēi de mi kē lambda casta tus lesuius. Videtur autem inquit mihi & lambda secundam Lesbios, alludens ad communem literam lambda, quę prima est in Lesbijs, & in obsceno verbo, λακάζω τὸ πορνεύω, Lēcazo to porneuo. Fello, irrumo, scortor. Obscenam quippe masculam in viros turpitudinē apud Lesbios primum fuisse inuentam perhibet. Quod etiam innuit Theopompus i Vlysse dicēs. Ἰνά μὴ τὸ παλαιὸν τοῦτο κῆ τρυλλούμειον δὴ ἢ μετέραν σομαίτων ἔγω σόφισμα ὁ φράσι παλίδωσ. λειβίωσ. ἐνέειν, Ina mi to paleon tuto kē tryllumenon di himeteron stomaton ipo sophisma ho phasi pēdas lesuion eurin, id est Vt nō vetus illud peruulgatum sophisma ore nostro proloquar, quod aiunt pueros Lesbiorum reperisse. Et Strattocles i Troylō. Μὴ ποτὶ ὦ παλίδωσ ἐσ τ' αὐτὸ μόλισ, ἀλλὰ παρὰ οὖσ τοῖσ λειβίωσ χαίρων ἴα. Mi pote o pē zinos es taffo molis alla paradus tis lesuijs chērin ea. Nūquā o fili Iouis in id peruenias, verum hoc Lesbijs relinquant, ac valere sinas. Quod vitium nostri quoq; taxauere poetę, cum alter ait. Speculum pathici gestamen Othonis. Alter vero. Corue salutator, quare fellator haberis &c. Quam forte ob causam ( si modo temporum ratio non contradicat )


ex nostris

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ex nostris antiquis complures aliquādo destiterunt dictio-  
nes nonnullas ab. l. incipere, sed illis. s. & .t. præponebant,  
( Quintiliano teste ) dicentes, Silitiū, pro litū, & Stlotū,  
pro lotū, & multa alia simili modo. Marcus etiam Tullius  
Cicero, & alij nō infimi nominis autores tradūt. In omni-  
bus Terracinæ parietibus inscriptas fuisse literas. Tria scilicet.  
L. L. L. & duo. M. M. Q uod commodissime, ac fe-  
stiuissime in. C. Memmii Crassus orator intulit. Cūq;  
quereret quidnam significarēt, Oppidanus quidam senex  
hoc significare subiunxit. Lacerat. Lacertū. Largij. Mordax.  
Memmius. Memmius vero hic, sit ne ille qui in Cæsarem  
( Tranquillo teste ) mordax fuit. An alius Memmius,  
de quo Catullus, ac etiam Ovidius.

Q uid referā Ticide, quid Memmi carmē, apud quos,  
Nomen adest rebus, nominibusq; pudor.

Curiosis vestigāda relinquimus, nobis enim satis superq;  
fuerit insinuassee, nō modo. l. verum etiam. m. apud veteres  
in conuitio fuisse. Sestertium tamen ( numum scilicet argē-  
teum duarum librarum & semis ) apud priscos per duo. ll.  
& .s. notatū referūt Priscianus, & ante illum Varro, quod  
cernere quoq; licet, in vetustissimis Ciceronis libris, in qui-  
bus presertim scripta In verrem continentur, & in alijs etiā  
vetustis scriptorum codicibus. Q uamquam nostris tem-  
poribus per ita græcum, seu aspirationis notam. HS. inue-  
niatur scriptū, aut p̄ geminū. II. & . S. linea per diametrū  
vtrunq;. l. secante, & cum. S. hoc modo. HS. copulante.

 Mim tertia decima in ordine lite-  
rarū est, & tā apud Chaldæos, quā apud Hebræos,

inter





Et ad querendum, vel vt querant à Deo escam eorum, & paulo post .

Leuiothon hono dabrait Imeghhach . Leuiathan

hic quē creasti ad ludendū in eo . Et in psalmo .xl.

vbi dicimus, Expectans expectaui dominum. Chald.

Mfabarusabreth b morio.

Sperando vel sperās, speraui in domino, & in multis

alijs locis. Litera ista vtrinq; ligabilis est, nam & præceden

tem & sequentem amplectitur, & ( vt credimus dixisse ) clau

sa & patens est, vt Hebræa & Punica. Quadragenarium

numerum, tam Hebræis, quā Chaldæis representat, de quo

numero satis abunde, & mysticis eius significationibus in

sacris literis tractatur, tum in plagis ægyptiacis, tum in He

bræorum stationibus, tum in noctibus diebusq; à Moysè,

Elia, Seruatoreq; nostro Iesu Christo, absq; cibo potuq;

transactis, atq; alijs id genus numerationibus, de quibus

Ecclesiastici autores tractauerunt, ad quos etiā lectores in

præsentia remittimus. Cæterū constare hęc literā perhibet

ex Vau, & Caph, non secus atq; Lamed, sed alio, atq; alio

modo. Lamed quippe elato vertice penetrat omnia, & tã-

quam sponsa in thalamo, ac cubiculo altissimo, mater om

nium efficitur. Mim vero sese cohibet, in altūq; nō surgit,

magni nominis loco contenta est. Et istorum elementorū

conformem conflatum, diffformes vero nutus, latissime no

stris temporibus Egidius Cardinalis in libello de Hebrai

cis elementis tractauit. Qui vult igitur sacras in archanis,

F ac mysticas

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ac mysticas istius literę Mim, intellectiones, numerationes, conformationesq; cum magni diuini nominis literis; atq; compositione cognoscere, libellum perlegat, & diligēter lecta consideret.

**Ⲛ**. Nun, quarta decima alphabeti litera duplex est, quia duplici nexu cum aliis quę vinciri queunt

literis hinc inde ligatur. Caput quippe illius in principio & in medio dictionis suo ordine ligatur. Finis vero non nisi a præcedenti dependet, cum ligabili literę adhæserit; vt in exemplis adducendis apparebit. Multa illius cū Nun Hebræo munera cōmunia sunt. Nam in tertia persona futuri temporis, tam i singulari, quā in plurali numero addit & verbum quoq; terminat, exemplum in psalmo primo.

Quoniā nō **Ⲛⲟⲩⲙⲟⲩ** Nqumun. Resurgēt impiū in iudicio, ibidem. Et folia eius **Ⲛⲟⲩⲙⲟⲩ** Lo nothrin.

Non defluent. Et hic notabis punctum supra literā Nun, formatur enim Nothrin, a verbo **Ⲛⲟⲩⲙⲟⲩ** Nathar.

Quod marcescere defluereq; significat. Et in futuro Hebræorum more Iod, ex literis ethan præponi debuerat, verum quia Syri & Chaldæi ( vt credimus etiā dixisse ) illius loco Nun, addere consueuerunt in futuro, iccirco hoc in loco punctus supra positus defectum literę insinuat, & p inde geminum Nun, ex vsu linguę subintelligendū esse.

Et in psal. cxxi. vbi habemus. Leuauī oculos meos in montem **Ⲛⲟⲩⲙⲟⲩ** Aimebo nithæ mgadhroni.

mgadhroni. A quo vel vnde veniet auxiliū mihi. Possent ex hoc psalmo multa exempla adduci, ea quę diximus probātia, quę in pręsentia missa facimus, ad psalterium remittentes publicandum. Terminat pręterea Nun, plerunq; nomina in casibus multitudinis, tam masculini quā fœminini generis. Est quoq; inditiū pnominis, noster, nostra, nostrum, in fine dictionis repertum, vt in psalmo octauo.

ܡܘܪܝܘܢ ܡܘܪܝܢ ܡܘܡܫܥܒܗܗ ܫܡܘܚ ܒܥܘܠܗܘ ܐܪܘܓܘ.

Morio moran mo mscabahh smoch beulho arago.

Domine dominus noster quam laudabile nomē tuū in vniuersa terra. Et Mathæi, vii. in oratione Dominica

ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܘܐ ܐܕܘܢܝܘܢ ܐܒܘܢ ܕܒܫܡܝܘܐ. idest. Pater noster qui es in cœlis. & in plurali in psal. xliiii. dū dicitur.

ܐܠܘܗܘ ܫܡܘܓܝܢ ܒܕܗܢܝܢ. ܐܠܘܗܘ ܫܡܘܓܝܢ ܒܕܗܢܝܢ. Aloho smagain bædhnain.

oph abohain æstagiū lan. hoc est. Deus audiuimus

cum auribus nostris. quin etiam patres nostri annūcia

uerunt nobis. In pręscriptis psalmi verbis cōpræhēde

rē facillime possumus officia literæ Nun, i fine tā verbi

quā aliarū dictionū additæ ܐܕܢܘܢ. quippe aurē

significat, vt psal. xviii. ܐܘܪܝܢ ܠܥܝܢܝܘܢ ܐܘܪܝܢ ܠܥܝܢܝܘܢ. vmascmag ædhno nescmagunoni, idest. Auditū auris au-

diē



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

dient me, vel auscultabunt me, & obedient mihi. Et in plurali illud Olaph, finale, quod inspiratū fuerat per Odom, descendit (seu versum est in Abrohom, addita nihilominus syllaba, in, cum duobus pluralitatis indicatiuis punctulis sup impositis, & bedhnain, similitur & abohain, scilicet patres nostri, vt etiam habetur in psalmo .78. Cæterū Nun litera plerunq; abundat, nam sæpe infulcitur dictionibus ex luxu quodam, vel etiam ad significati varietatē insinuantem, nec tamē semper profertur, vt videre licet in psal. 87.


 Valzzehiun æthemar. gabro ganbo

ro æthiledh bo vehu æthqnoh. Et ad syon dicetur vir

vir vel vir fortis, aut vir gigas, seu potens nascetur in ea.

& ipse fundauit eā. Semp enī a Chaldæis & Syris, nomen Gaboro, cū p viro forti, potētī, ac Gigate sumit, cū Nun, scribit, & tamen nō profertur, vt in psalmo. 19. 24. 33. 45. 52. Cum vero simpliciter virum designat gabro sine Nun scribitur, vt in psalmo. 1. 5. 8. 12. 52. 78. 129. & in quā plurimis alijs psalmis, ex quibus facile dignosci potest, quod litera Nun addita, non tamē prolata, nescio quid addit ei cui additur, vt in suprascriptis nominibus Gabro, & Ganboro. Nam sine Nun, virum significat, vt dictū est, cum Nun autem, virum quidē significat, sed virum fortē, potentem, validum, torosum, cæteros magnitudine & corporis mole excedentem, & (vt sic cum maioribus nostris dicam) Gigantem. Quid vero rogo te (vt fabulas præter mittamus) nobis insinuat Gigas, quam virum communes naturæ

naturæ metas excedentem, & dictas qualitates præ cæteris viris habentē. Abundat etiam Nun, in quampluribus alijs dictionibus, quæ in præsentia præmittimus. Quomodo etiam cum aliarum superius dictarum linguarū literis conueniat, iam satis diximus. Verū quia de Mem, & Nun, immētas ( vt sic dicam ) disputationes faciūt, qui de illis tractauerunt, non progrediar vltcrius. Constare tamen Hebraicum Nun, ex duobus Iodin videtur, superiore & inferiore, vt vnum caput alterius conscendat, sed extremum nō nihil in sinistrum latus caudam protēdat. Quorum computationes, calculos, multiplicationes, auctiones, partitionesq;, quantum ad numerationes sacras conferant, studiosis cogitandas relinquo. Sunt præterea qui Nun, confitari ex Zain, velint, & Iud, quorum quāti sit faciēda opinio, ne videar contra Dei legem à Moysē conscriptam, totos manipulos ex agro velle decerpere, & aduenientibus colligendi, seu racemandi spem relicte messis abripere, prætereundum duxi. Illud tamen admonuerim Mem literam, aquarum atq; ( vt theologorum qui de hac re scripserunt verbis utar ) Oceani naturam habere, iureq; Nun socię quinquagenarij symbolo cōiungi, quo Homerus, Hesiodus, & ante eos Orpheus, omnem græciam hoc eodem filiarū Oceani numero compleuerunt. Prætereo quod asserunt mundum medium ex orbibus septem constare, quorū numerus in se receptus & multiplicatus ad vnū de quinquaginta pertinet, quo numero mūdus secundus, hunc tertium respiciens, cōtinetur. Atq; inferioris mundi quinquaginta nouē portas, post quas ascēdētī Bina ( quæ est tertia primi mundi numeratio, quam spiritum mentibus intellectu dantem,

## INTRODV. IN. CHAL. LINGVAM


D
 dantem, & spiritualem lucem nomināt) occurrit quinquagesima mortalibus ignota. Iccirco nouem & quadraginta quæ in humana ver gūt patuisse Moyſi, quinquagesimā illum fugiſſe nemo inficiatur. Meſſiæ manu aperiēda erat, apoſtolorum corda complenda. Litera præterea iſta, vt iā dictum fuit, duplex eſt, & alia quidem capitis, ac reliquarū dictionis partium, quam & obliquā eſſe volunt, atq; ingenua flexam, foris modum, intus vim tradētem supplicaturis, vt corpore ſeſe ſternente, animo minime alta ſentiente, & ad aras adorādas, & ad dona lucemq; ſpiritus expoſtulantam accedant, nequaquam in fine dictionum locāda eſt. Alia vero protenſa eſt, atq; oblonga trahitur, non niſi in fine locanda dictionum, longo ſuo ductu iſraeli, quaſi inſinuans, atq; (vt magiſtri Hebręorum aſſerunt) ſibi lōga exilia dicens. Quę apud quatuor regna fuiſſe aſſeuerant, Babyloniorum, Medorum, Gręcorum, Romanorum. Alia quidem exilia perbreuiā, hoc quartum diuturnum deſlent, quod occumbente Sole irruens ſopor in Abraham futurum inſinuauit. Et ecce inquit Genetiſ quintodecimo Terror, ſiue horror, obſcurus, aut tenebroſus, irruit ſuper eū; יה אימת חשכה גדלה נפלה עליה Inneh eimah hhoſecah gedola nopheleth galaiu. Et vere obſcurus & horribilis, quem quidam eorum, terrorem obſcuritatis magnę interpretantur. Cum iam quater in ſe reuolutis quadringentis annis, & eo amplius in tenebroſa hac caligine cœci Meſſiam ſuum expectent, & præſentem captiuitatem inſinuatam autumant. Addunt magiſtri coronatam vtranq; Nun literam, per Iod, ſymbolum pacti ſancti (& vt ipſi dicunt) circuncifionis. Vt Nun reflexa, atq; adorabunda, veris adoratoribus

toribus prætedat coronam, quam altera in exilia eiectis eripuit. Q uinquagenarium numerū litera ista releuat. Q uis numerus quid nam mysterij isacris habeat literis, præsertim in clauis illis Salomonis in templo domini aureis, qui ut habetur in libro Paralipomenon, quinquagenos appendebāt siclos. Q uid quod omnes Principes exercitus Regis Salomonis, qui populū erudiebāt, ducētī tñ quinquaginta erāt. Q uid apud Esaiā prophetā per senem Principem super quinquaginta. Q uid intelligendum sit in verbis Abraham, si quinquaginta viri iustrinueniātur in ciuitate. Q uid quod penitentialis psalmus quinquagesimū sibi vēdicat locū, & quod iubilus annus ī Leuitico quinquagesimus numerat. Q uid in Genesi latitudo illa arcæ quinquaginta cubitorum. Q uid quod quinquagesimo die post Pasca lex Moyse data est, ut in Exodo, & quinquagesimo die post Passionē Domini, ut Euangelistę perhibent, spiritus sanctus datus est. Q uid verō sibi innuant quinquaginta sicli argenti ad mensuram sanctuarij, quos præcepit in Leuitico Dominus, à vigesimo anno vsq; ad sexagesimum à masculo dari. Q uid etiam in numeris per recessitos, & eorum munera seu officia, à triginta vsq; ad quinquaginta annos. Q uid vero in Euangelio per duos debitores, quorū alter debebat quinquaginta, alter vero quingētos denarios. Et quam cognationē quinquaginta & quingenti in se habeāt numeri, cum decades quinquaginta quingentos faciant. Q uid in libro Regū per quinquagenos & quinquagenos in speluncis absconditos intelligendum. Q uid apud Lucam discubitus ille distinctus per quinquagenos, & apud Marcum cētenos & quinquage-

nos

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

nos. Quid in Exodo quinquageni Centuriones consti-  
tuti, & in libro Regum, per primum, secūdum, & tertium  
quinquagenarium Principem ad Eliam missum. Et quid  
tandē quinquaginta ansulæ cortinæ, & quinquaginta au-  
rei circuli, ad cortinarum vela iungenda, ac quinquaginta  
& quinquaginta ansæ in ora vnius atq; alterius sagi, & fibu-  
læ quinquaginta æneæ, quibus ansæ iungendæ erāt. Quid  
tētoria p quinquaginta cubitos in latitudine atrij ad Occi-  
dētem, & cubiti quinquaginta in ea atrij latitudine, quæ res  
spicit ad Orientem. Si singula recensere sigillatim nitere-  
mur, profecto fastidium arbitramur facile in animis legen-  
tium generaremus. Iccirco alijs vestiganda relinquimus.

 Somcath, quintadecima i ordine alpha-  
beti litera, nobis, vt supra dictū fuit, pro .s. seruire pōt.  
Incohat vero quintam cōnexionem primi modi. Samech  
quoq; apud Hebræos, vltima est quintæ connexionis lite-  
rarū alphabeti, quæ est ex Mem, Nun, & Samech, ex ipsis,  
inquit Beatus Hieronymus, sempiternum adiutoriū, hoc,  
subiungens, expositione non indiget, sed omni lucæ mani-  
festius est, ex scripturis sacris æterna subsidia ministrari. Iccirco non mirum si de hac littera apud veteres Hebræorū  
Chaldæorumq; Theologos magna connumerantur, vt  
quod senarium denariorum referat, atq; ideo sexti millena-  
rij esse symbolum, quem Messie fœlicitati consecrauerunt.  
Littera ista Hebræa (vt ait Egidius) vnica est & clausa & ab-  
soluto circulo nulli patens iniuriæ. Hierusalem significās,  
& eam quidem Hierusalem, quæ a spiritu sancto blāde ap-  
pellata est, hortus cōclusus, fons signatus. Claudit quippe  
secum

secum hæc litera Caph, & Vau. Decimam sextæ. Sponsam sponsæ. Reginam regi, ita copulans, ut quamquã duo sint, in forma tamen, & carne vna, tanquam res planè vna iuncta & copulata esse videatur. Cumq; eadem sit, & Lunæ formam & numerationem, & clauium vim obtinens, ut in Bresith Raba, est legere, simul vetus Hierusalem in Ezechia, & Lunæ lumē, & clauium auctoritatem amisit. Clauditur Vau, in Lamed, & Mem, includitur, & in magno illo & ineffabili diuino nomine, de quo superius mentionem fecimus. Eandem etiã ad sacra cõmeritia Caph literæ, ad Samech constituendum, clausam videmus, quod sexta numeratio per Vau significata, velut occlusa cõtineat sese, nec decimæ sponsus sponsæ, aut Sol se Lunæ explicet exhibendum. Nomen magnum in Vau litera sedet, quatuor suas literas nube tegens, Solem (inquit apud Vatem) nube tegat. Utq; dum fulgent literæ quatuor, lucem aspirent, quatuor Sanctorum animalium Ezechielis. Ita dum tenebescunt, quatuor in exilia agitãt, quatuor bestiarũ Danielis. Occlusa latet Vau Solis, cum Caph Lunæ, in Samech, David clavis beneficio, recludenda. Clauem inquam appellant, ciuitatem sanctam, hostilibus ab iniurijs occludetẽ, qua referante referentur, atq; occludente, omnia occludantur. Est præterea Samech, caput & principium sextæ diuisionis literarum alphabeti, pro vt in essentielles, & accessorias diuiditur. Continet enim ista sexta diuisio, sex à Samech sequentes literas, & ipsa cum suis quinque sequentibus naturaliter radicalis. Sæpenumero inter Chaldaeos, Punicos, & Hebraeos, fit mutua istius literæ, cū Scin cõmutatio, quod etiã iam dixisse credimus. Chaldaicũ vero Somcath, tam quadratum,

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

dratum, quam etiam paruum, seu in numerum literarum currentium computatum, ex Vau, & Coph, ex sexta, quæ per Vau, & centesima, quæ per Coph, significatur numeratione, constat. Seu etiam ex duobus Cophin, simul connexis, quorum alterum, dum supra sequens cadit, caudam intra viscera sustinentis immittit, non secus atq; si index & pollex, inuicem blando, sese osculo coniungantur, & tricenarium numerum indicent, quandoquidè aliud tricesimum, aliud sexagesimum, aliud centesimum, apud Matthæum. Centenarius quippe numerus, primus in dexteram computatur, pollice & indice in coronam flexis, vnde, iam dextra computat annos. Ex duplicata igitur Somath, cetenaria numeratione constituitur. Quarum numerationum mysticis sensus à Chaldæorum, Hebræorum, Arameorumq; libris mutuandi sunt. Sexagenarium præterea numerum, tam Hebræis, quam Chaldæis repræsentat, qui numerus cum à sexto, qui primus perfectus numerus est, multiplicatur per denarium, sexagesimam perfectionis numerationem insinuat. Sexagenarius quippe numerus ex denario, primo numerorū limine, vniuersitatiscq; significatiuo, sex vicibus sumpto resultat. In libro Numeri habemus, in tabulis doliatis scripsisse Deum, verba decem, quo numero verba legis terminantur, ex octonario namq; & binario constat denarius, quandoquidem octo sint beatitudines, duo vero charitatis mandata. Cõstat præterea ex septenario, & ternario, fidem quippe trinitatis septem spiritus sancti dona cõplet. In senarium quoq; diuiditur & quaternarium, quasi operæ perfectionem, quatuorq; Euangeliorum impletionem explicans. Quid vero per sexaginta Vrbes in Regno Og, Regis



Regis Bafan, vno tempore vastatas intelligere debeamus; qui scire affectant Deuteronomij librum perlegant. Ex perfectis quidem numeris sexagenarius constat, perfectioneque insinuat. Ex veris, inquit Dialenicus, nil nisi verum, bona arbor, summa dixit veritas, bonos fructus facit, perfectus numerus, non nisi perfectum facere potest numerum. Proinde in sexagesimo, sicut in senario perfectis numeris, perfectionem intelligere debemus.


**CX. U.** Ain, vel Gam, sextadecima sequitur litera, quæ (vt dictum fuit) ita gutturalis est, vt nullo penitus in sui prolatione videatur indigere instrumento, quandoquid ex intimis, vt aiunt, pulmonibus præmenda sit. Apud nostros litera non habetur, cui assimilari queat. Proinde maiores nostri (quod & nos eorundem imitati vestigia in hoc opere obseruauimus) vt aliquam proferendi similitudinem exprimerent, in quamplurimis dictionibus ab ea incipientibus, literam g. eius loco preposuerunt, vt in Gomora, & Gomorei, ac etiam in Gomor quod mensuræ genus est, vt in Exodo capite .i. 6. vbi Hebræus habet *וֹמֵר* omer vel gomer, & ibi Thargum Ankelos *גֹּמֵר* vel *גֹּמֵר* vira vel omra. Chaldaica vero interpretatio, qua Maronitæ & Syri vtuntur, in hunc modum se habet *ܓܘܡܪܘܢ* Umro, vel Gumro. Arabes etiam ibidem, per Gain, decimam nonam alphabeti literam, & Mim, vigesimam quartam, Re, decimam, Eliph, primam scribunt. *ܓܘܡܪܘܢ* Ghomra. Nostri Gomor, dicunt. Et id quidem proferendum est, non





## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM


per o rotundum, & aperto ore, sed aliquantulū producto, & obtuso sono, ita vt penè nasutum verbum ( ita enim fingere liceat ) esse videatur . Et ob id nōnulli inter instrumēta proferendi literas, nasum quoq; addendum censuerunt. Sed nobis non licet esse tam nasutos, vt etiam nasi prolationem literis addere velimus, tametsi aliquantulū in naribus aliq̄, dum proferuntur, resonare videātur. Expressio tamen ipsius Ain, ita penè insinuari potest, vt fingamus vtrē habere vento plenum, & plurimū distētū, quē, ( si in ipsum gladij præacutā aciem, cū impetu pcutiētes, immiserimus ) statim sono quodā, per iniectū vulnus emisso, evanescere atq; exinaniri cernemus, quem sonitū, quisquis effingere poterit. Is profecto literā Ain, optime ( meo iudicio ) proferret, & ex intimis pulmonibus ebullire faciet, nullo protinus alio vtens proferendi instrumēto, sed aperto ore, exalans leniter animā pecus, in eius prolatione æmulabit. Radialis præterea litera est, & oculum significat, vt in psal. i 14.


 Gainē aith lehun  
 v lo hhozīn, id est, oculi sunt illis, & non vident. & in  
 psal. cxxiii.
 
 Aich ainain  
 gabdæ luath moraihun .. vaich gainēiho damtho luath  
 morto ho. hoc est. Sicut oculi seruorū ad dominos eorū,  
 & sicut oculi ipsius ancillę ad dominā suā. Quo in loco  
 notare debes optime lector, literā. He. cū supra scripto pū-  
 cto, q̄a fœmininū genus indicat, & licet dictum sit aineiho  
 & morto ho, illud tñ. He. cū dicto eius puncto, raro pro-  
 fertur,

fertur, licet scribatur. Ceterum litera ista duplex est, utrinque scilicet ligabilis existit, sed in principio ac medio dictionis constituta, diminutionem patitur. Quandoquidem in fine tantum dictionis, aut cum solitaria est, integra reperitur, ut in psalmo.ii. Dabo tibi  Gammae. gentes hæ

reditatem tuam. & in psalmo.iii. 

 Visceræ darsciæ tabant. Et dentes peccatorū contriivisti. & in psalmo.iiii. 

 Rahhem glai vasmag zzluthi. hoc est.

Miserere mei & exaudi orationem meā. Vides in his tribus psalmistę locis, in capite, in medio, & in fine, A in scriptum, & quādo integrum sit, & quo nam modo ligari valeat, comprehendis. Quomodo vero cum aliarū linguarum literis conueniat, satis in superioribus diximus. Constat hæc litera Chaldaica ex duobus Olaphin, & Iud, Olaphin à sinistro in dextrum latus, instar duorum grauiū accentuum Græcorum, descendētib; inferneq; se tangentibus, Iud adnexo, ita vt non appareat Lomad, sed aliquantulum concisior breuiorq; sit. De hac litera Hebraica præter ea quę habent in libro qui Sepher thenuoth, idest liber figurarū inscribitur. Egidius Cardinalis plurima & scitū digna retulit. Hanc oculū deserti caddes appellari asserūt, & non esse numerationis symbolum, mundi fundamentum, & iusti loco vocitatam, prægnantēq; imaginem gerere, Nun, & Zain, in utero concipere. Et quia tria habet capita, ex tribus etiam illam aiunt constare literis Vau, Zain, Nun,


## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM



Nun. Primus impar ternarius, in se ipsum quadratus, red-  
dit nouem, nonam autem multiplicationem Ain, & domini  
oculum fecimus, opere ternarij, resultantem, vt ex tribus  
constare literis oportuerit. Ex tribus quoq; istius literæ ca-  
pitibus, duo sunt surgentia, vnum deorsum cadēs, cbeūt in  
nona duo superiora, dextrū & sinistrū, facitq; deorsum pacē  
insupis. Vnde virtutq; cōmeritiū, & tēperatura, parit vnā  
tertiā existēte illarū naturā, sed simul eius vtrūq; , pectine  
iungētē, & ex vtraq; potētia cōsurgētē. Atq; ideo tria Ain,  
capita, Van beata, Nun longo cornu purgans, Zai septē  
flagitiorū supplina expendens, Lancis nāq; nomen Zai,  
literę tribuunt, vt & pendantur merita, & quę debētur vni-  
cuiq; tribuantur. Faciunt deniq; Ain, sapientis animæ, &  
Pythagorę literam in ima depressaq; parte corpus cōtem-  
nat, a carnibus, delitijs, voluptate abstineat. Sed sursum  
duos attollat vertices, hinc animi affectus, ad diuina optā-  
da, hinc mentis aciem, ad lucis pulchritudinem contēplan-  
dam. Tūcq; anima sapiens effecta, Ain dici meretur, & vi-  
dentis (vt olim propheta) nomen adipiscitur. Quod, cū  
mirabili fœlicitate assequantur in superis diuina animalia,  
iccirco a Vate nō modo oculi, sed oculis quoq; plena cō-  
memorantur. Vt & Argo à Græcis effingitur diuinis mi-  
nistris ad numeratū, quo vulgū, fabella suspēsū retineret,  
sapiētū autē arcanū (sicut fas est) cogitandum præberet.  
Septuagenarium numerum insinuat, de quo plura dicere  
in presētia non curauimus. Quid tamē per septuaginta  
annos Iudicę captiuitatis, & septuaginta diuinę veteris scri-  
pturę interpretēs, at septuaginta palmas, ad duodecim fon-  
tes aquarum in Helim, ac tandem per septuaginta illa vir o-  
rum

SYRIACAM ATQ. ARMEN. 120  
 rum millia, post peccatum Dauid ab Angelo interfecta,  
 maiores intellexerint, & quomodo ista a nobis intelligi debeant,  
 in sacris libris, & iter illos in libro Exodi, ac Paralipome-  
 non, inuestiganda sunt. Chaldaeus septenimero litera Ain  
 in aliquibus dictionibus utitur, in quibus Hebraei Zadich  
 ponunt, ut in dictione [זִיחַ] Arego, idest. Terra.  
 Quam Hebraei עֵרֶז Erez, per Zadich, ut in exemplis  
 multiplicibus iam adductis patet, & in psalmo, clxvii.  
 ubi Hebraeus habet. Qui dat niuem צַחַח Chazzamer  
 idest. Sicut lana, & ibi Thargum caeci חַיִּי חַיִּי Heich  
 gamer, & Punica interpretatio دال زوف Catzuph.  
 Syriaca vero Chaldaeorum litera habet צוֹחַ  
[זוֹחַ] Ioheb talgo aich gmiro.  
 Qui dat niuem sicut lanam, & ibidem Arabica iter  
 pretatio دال زوف  
 Ibgth althlagg, mthal, alzzuph, & in psalmo octauo  
 Omnia subiecisti sub pedibus eius, צוֹחַ Zonhe, idest.  
 Oves, ait Hebraeus, Joseph vero caecus ibi pro qui  
 bus habet גַּן Gan, Punicus ibi interpres [גַּן]  
 Algnan, Maronitae & Syri [גוֹנו] Gono, Arabs ibi  
 dem, Alghnam, ut supra, & in multis alijs in quibus pro  
 Zadich

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Zadich Hebræo, Chaldæus vtitur præfenti litera Ain. Et hic quoq; obiter animaduertedū est, Punicos, & Arabes, p Ain, Ghain, decimā nonā alphabeti literā ponere, vt de Gomor, supra dictū est, p qua etiā Syrus i sua Arabica interpretatione scripsit Gomal, vt hic vides. Proinde maiores nostros literę. g. vsum, p Ain, ab istis accepisse, p̄sertim beatum Hieronymum, qui inter illos versatus est, facile credendum erit.

Ⲫⲉ. Ⲫ. Phe vel Pe quoque præter iam dicta, decima septima i ordine alphabeti litera est, & essentialis seu radicalis, & labiorum; ac vt dictum fuit, duplex atq; ligabilis litera est. In fine præterea tantum dictionis, aut solitaria, integra reperitur, vt in alphabeto supra descripto, & paulo ante in superiorib; litera, in Arabicę interpretationis dictione Alzzuph, visum fuit. Et in fine cum præcedenti dumtaxat ligatur, vt in psal. xviii. 

Vlait dtaquiph, idest. Et non fortis sicut deus noster, & ibidem  Aleph idhāi. Doce manus meas. Hic vides Phe, pendere a præcedenti litera cui adnectitur. In eodem psalmo paulo post sequitur propheta  Iahbt li sacro dphurquono iaminoch, idest. Dedisti mihi clypeum salutis dexteram tuam. Ecce in dictione phurquono, Phe, dictionem incohans, sequentem læua manu amplectitur. At tunc ambidexter efficitur, cum vtraq; manu vtens,

uens præcedentem literam, & sequentem dextra lauaq; manu apprehendit, vt in dicto psal. **אֶלְפֵי** **וְדָוִד**

**וְדָוִד** Vneph lun thheith reglai. idest. Et cadet subtus pedes meos. Simili quoq; modo à Punicis & Arabicis, ac alijs oibus, q; eisdem vtuntur characteribus, Pe, seu Phe, in dictionum connexionem ligatur. Penultima autem dictionem quintam, quæ pariter penultima est, ex dictionibus connexis, ex alphabeto recto. Finit vero secundam alphabeti inuersi dictionem, in qua etiam solitaria apparet, quia sequitur post literam Zzode, sinistra manu non utentem, vt supra videre fas est. Octuagenarium numerum representat, de quo in canticis canticorum cap. 6. Sexaginta sunt Reginae, octoginta Concubinae. Quid ibi de his numeris, & præsertim de octogenario dicant doctores, ad illos te benigne lector remitto. Ex octonario quippe decies sumpto perficitur, quorum mysticas numerationes, in presentia prætermittendas duximus. Cæterum Pe, seu Phe, tam Hebræis: quam Chaldæis, Arabicis, Punicis, & Indis, os significat, vt in psalmo. viii. vbi dicimus. Ex ore infantium. ibi ait Hebræus. **מִפִּי מְלִלִים** Miphi ollelim. ibi Thargū cœci. **מִפּוּם** Miphum vlemia. Punica Nebiensis Episcopi trāslatio. Men aphuah. Indus. Omaphi dakik. Chaldæus Syriae. **ܡܢ ܦܗܘܐ ܕܗܘܐ ܕܗܘܐ** Men phumo daglaimæ.

Et ibidē Arabica iterpretatio. **ܡܢ ܦܗܘܐ ܕܗܘܐ ܕܗܘܐ** Min aphuahe alaphal. Quomodo iste interpretationes intelligantur, quo nam scilicet modo cōueniant, hic aduertendum est. Litera ista caput suum contrario scitu, quā præcedentis

H dentis

INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

dentis literæ sint capita omnino gestat, quandoquidē non elatum ostētet caput, id quod in fœminis Dominus apud Efsaiam prophetam, cap. 3, taxat inquiring. Propterea quæ in superbiam eleuatæ sunt filię sion. מלכת נטויה נטויה גרון. Vattelacnah netoioth netuoth garon. Et ambulauerunt extendentes collū, seu extento collo, sed intra pectus inflexum cohibet, ceu corporis & vitæ huius miseriam agnitarum, atq; ad meliorem aspiraturum. Iccirco os ipsum, ore prophetæ exclamat, in psal. cxxxi. **מִן הַמָּוֶת**

**חַיִּים** Morio lo etthrim lebi. Domine nō est exaltatū cor meū. & ibidē. **לֹא יִשְׁבַּח לִי הַיָּם**

Vlo halceth badh rauerbon meni. Neque ambulauī in magnis supra me, nec os in cœlum posui, nec ausus sum alta sentire vel loqui. Constare illam aliqui perhibent, ex Caph, & Iod, Caph ambiente, Iod interno, altissimum apostoli mysterium referēs, quo diuinę sunt nuptię. Ac Iod quidem, quod maris formam habet, Caph quod fœminæ (vt iam dictum fuit) vtero est persimile, iungitur. Sponsi sponsæq; arcanam lætitiā, & ineffabilia diuinorū fructuum seminaria, pietatis studio, potius quā inquisitionis audacia, vestigāda, designat. Atq; hoc Pe, illa inquā optat, quę in canticis canticorū Solomonis ait. וְשָׁקַח מִיְדֵי מִיְדֵי לְשׁוֹן. Iliccaquenu minsciquot phihu. Osculetur me, osculis oris sui, de quo plura dicere cōsulto prætermittimus. Chaldaicum vero Phe, ex Vau, & Iud; constare videtur, ex senario, videlicet & denario numero, qui in se quinquies recepti, octogenariam numerationem; quam litera ipsa insinuat, efficiunt.


efficiunt. Quorum numerorum mystici sensus quam plures sunt, de quibus alias videbimus.

**Σ**. Zzode, decima octaua alphabeti litera est. Quoto autē in numero apud alios, citra Hebræos, & Samaritanos, in ordine alphabeti habeatur, & quomodo cum alijs, aliarum diuersi generis linguarū literis, tam in figura, quam in prolatione cōueniat, in superioribus factis dictum declaratumq; fuit. Literam istam Hebræorum magistri, & qui inter christianos de literis Hebræorum tractauerūt, alij Zaddi, vt Rabi David kimhi, in suo Micloš, alij Zadik, alij Zade, alij Tzade, alij Tsade, alij Zadech, alij Sade nominauerūt. Quorum varietas, quid aliud nobis insinuare potest, quam variam ipsius literæ prolationē, & minus fortasse bene intellectā. Cauendū esse, dixit Rabi p̄dictus David kimhi in literarum prolatione, ne Zain, & Samech, & (vt reliqua taceā) Samech, & Zaddi, dū p̄feruntur assimilent. Quid vero intelligere debemus, aut qd nā ex dictis verbis suspicari, cōiectari ve possumus, nisi quod Zain leniter, vt Zita apud Græcos. Samech aliquātulū durius, ac si dici potest, sibilantius, vt Sigma, & s. latinū. Zaddich vero fortius, ac maiori cum impetu, & vt geminatum zz. pronounciandum est. Perindeq; ac si fortitudinis, pulchritudinis, aut letitiæ nomen, in idiomate Italico, & vt aiūt vulgari, ac materno proferre volueris, Fortezza, inquam dices, bellezza, allegrezza, & multa id genus alia, simili modo. Prōinde qui hanc literam per. t. & z. Tzade, aut p. t. & s. Tsade, scribunt, & proferunt, non mihi videntur Hebraice, sed Arabicę, atq; Vuandalice, & scribere & p̄ferre,



## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

qui quartam decimam (de Punicis loquor) alphabeti literam huic respondentem Tzat, appellant. Et quo ad Vuā dalos spectat, qui quartam illorum alphabeti literā Tzedē nominant, & pro. ts. accipiunt. Quomodo etiā qui pro. c. aut. t. sequente vocali, aut etiam pro. z. simplici, aut etiam geminato, Taf, & Zita Græcum ponunt, scribentes ꝑ lætitia literis Græcis *αἰτιζία, ἀλλογία, τζέροα, ἀμιτζίτζια,* Allegrezza, ceruo, amicitia. & in multis alijs, Arabes videtur æmulari, non græco, sed nec etiam latino more scribere, aut proferre, quando quidem apud Græcos, & Latinos t. & z. nec. z. & t. quin nec. ts. in eadem syllaba conuenire possunt, tam in principio, quam in dictionis medio, vt vel mediocriter in vtraq; lingua doctis, notū esse pōt. Quod si in superioribus à nobis Tzarchasiam, scriptum fortasse quispiam obijciat, nouerit ita scriptum, sicut nostro tempore scribunt, qui inde ad nos in Italiam veniunt, quando (ꝑ generis in fœlicitate) sub barbarorum ditione consistant. Armeni quoque hanc literam *Ծադէ* Tzadæ, vel Zzadæ, appellant, scribentes per quartamdecimā sui alphabeti literam, quæ Tzza, vel Zza, vel etiam Dha, ab illis appellatur. Indi etiā Zadi, illam denomināt, vt in. xviii. Ogdoadæ, sæpius citati psalmi. 119. Chaldæi vero (vt dictum est) ac Syri, Zode appellāt, & licet per vnum. z. scribant, duplicis tamen illi. z. prolationem tribuūt. Vltimum inter duplices Hebræorū literas, locū sibi vendicat, sextāq; alphabeti connexionē terminat. Apud Chaldæos in fine quintę connexionis nominum ex alphabeto recto inuenitur, & in medio secundę dictionis alphabeti inuersi. Ea præterea


terea ratione duplex appellari potest, quia cum præcedeti ligari valet, cum sequenti nequaquam. Iustitiam & Syris, & Chaldæis, & Hebræis, Punicis, Arabicis, & Indis, significat, quamquam pro Zode, Chaldæi sæpe in hoc nomine Zain, ponant, ut in psalmo, lxxxv. ubi Hebræus textus habet, זֶדֶק וְשָׁלוֹם פָּרַח Zedeq vesalom nascatu, ibi Chaldæus,  Zadiqutho vslomonansequun, id est, iustitia & pax osculatae sunt. Et in multis alijs psalmis. Est præterea apud Hebræos duplex litera Zade, altera quidem flexa: incuruis sedilibus, ac penè sedens, à quæ Syriaca, & Chaldaica, nihil ferè differt, altera vero quæ finalis appellatur, in dictionum tantum finibus collocata, erecta producit caudam. Deditibus utrequæ linguæ adpulsum accedente, atque vehementi ac subito (si dici potest) retractu, proferri debent. Quibus cum litera Ain, quæ non multum ab his dissimilis est, ad iuuenum, & mortaliû eruditionem, Pythagoram usum fuisse asseuerant. Quod & Virgilius, siue quisquis ille sit, ostendit in carmine illo dicens.

Litera Pythagoræ discrimine secta bicorni,  
Humanæ vitæ specimen perferre videtur. &c.

Hanc hospes ille ἐμφορον καὶ δεινὸς πρὸς σφίσι, Enphron kedinos perisophian. Cordatus (iquit Cebes Thebanus) & gnarus sapientia, sermone vero & opere Pythagoricâ quâdam, & Parmenidicam emulatus vitam, qui sacellum & picturam quandam Saturno dedicâs, pulchra similitudine insinuauit. Ambitum vnum in se duos alios habentē ambitus, portas etiam & Genium viam ingrediētibus ostēdentē, depingens. Hæc est ianua illa parua, hic ille excelsus collis

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

collis angusto valde ascēsu, p̄cipitia habēs hincinde p̄fun-  
da. hoc rotundi, & quadrati lapidis discrimē, hęc inter mu-  
lierem illam cœcam, insanam, surdamq; habitu vario indu-  
tam, & rotundo super lapide (quam fortunam vocant) in-  
sidentem, & alteram mulierem pulchram, & cōstanti facie,  
mediaq;, & manifesta iam ætate, habitumq; habentem sim-  
plicem, & ornatum, quadrato lapide, tute posito, securam,  
firmamq; permanentem, quam forte eruditionem vocant,  
optime distinguit. Cum initio, ignoto itinere, in uix siluæ,  
mortalibus eundū esset, silua, materiaq; suis fluxibus, ac flu-  
ctibus animū, per incohātis ætatis incunabula obruente.  
Proinde dixit propheta in psalmo. 119. in. ii. Ogdoade.


 Bmono madcæ  
 talio vrhhhe. In quo corrigit seu purificabit, aut mun-  
dabit adolescens viam suam. Cū anima motu, fluctuq; &  
sedato & quiescente iam sapere incipit. duæ illæ Pythago-  
ricæ se offerunt viæ. stultorum læua, dextra sapientum. Ad  
inferos altera: & ad miseros ducit. Altera ad elisios, & fœli-  
ces. Breue ver̄ in alterius vestibulo, intus æternę hyemes.  
Cōtra, altera ardua in fronte aduersos ventos immittit, fla-  
tim æternas præstat, veris, autumniq; delicias. vt dixit ille.

- Nam via virtutis dextram tenet ardua callem,
- Difficilemq; aditum primum spectantibus offert,
- Sed requiem præbet fessis in vertice summo.
- Molle ostentat iter via lata, sed vltima meta,
- Præcipitat captos, voluitq; per ardua saxa.
- Quisquis enim duros casus virtutis amore
- Vicerit, ille sibi laudem, decusq; parabit.

At qui

At qui desideriam, luxumq; sequetur inertem.

Dum fugit oppositos, incauta mente, labores,


Turpis, inopsq; simul, miserabile transigit æuam.

Vt optime etiam Hesiodus Aescæus Poeta dixerit. Viciū quidem omnibus in vniuersum contemnere facile est, breuis sanè via ac de prope moratur, quippe ante virtutem sudorem posuerunt Dei immortales, longus profecto ac reclusus callis ad ipsam, & asper primum, sed postquā in summum verticem peruētum est, facilis postmodum est, ardua ac difficilis quamuis extiterit dudum, vt nō ab re quoq; dixerit Peripateticorum Princeps Aristoteles, radices disciplinæ amaras esse, fructus vero dulces. In hac litera duarū portarum imaginem in duabus, ex quibus cōstat, figuris, Nun, scilicet & Iod, constituerūt, inferiorem & superiore.

Quas portas anima à corporis mole libera, corā aspicit, cubās. stertēsq; in corpore, tāquam per soporem demirat, & sōniat. Proinde alia cornea, alia eburnea seu elephantina dicitur, de quibus etiam Plato in Carmide, dū se somnionosec ea quæ nouerat refert. ἰγέρης ἁ' κούρῳ δ' ἡ ἐφ' ἡντο ἐ' μὲν ἀ' γὰρ ἄνθρωπος ἄνθρωπος ἄνθρωπος, Acue di ephinto emon onar iteratum ite di elephantos. Audi rogo te inquit meū somnium, siue per cornua, siue per Elephantem. De his portis late à theologo istius literæ explicatore, & ab Egidio plurima studiosis, haud ingrata animis, referūtur. In numeris nēdum apud Hebræos, verum etiā apud Syros & Chaldæos nonagesimum representat, cuius numeri mysticos sensus subticendos duximus, in aliud tempus, si opportunum visum fuerit resumendos. Properamus enim ad istius literæ expeditionem, vt ad sequentem descendamus.

EQ uoph

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM


 Quoph, seu Coph, vel Koph, quando pro tribus hisce literis nobis seruire commode potest, commodius tamē ac proprie magis pro. q. accipitur. Decima nona tam Chaldaici quam Hebraici alphabeti litera est, de cuius prolatione & cum aliarum linguarum figuris siue literis cōformatione, in superioribus tractauimus. Et licet huius literę pronūciatio & p̄cedētis Coph, eadē esse videatur, Elias tamen ille Chaldęus (de quo supra mētionē fecimus) in ipsius literę prolatione, linguam (si dicere fas est) arcuabat, extremitatem nimirum illius, siue aciem in inferiorum anteriorum dentium radicibus collocabat, & labia inferiora cum dentibus superioribus magis quam in Coph priore litera, quam Hebręi Caph appellāt, p̄meabat. Significat autem inter cętera, tam apud Hebręos, quā apud Chaldęos (vt ait beatus Hieronymus) vocationem. Cęterum sextam alphabeti recti, secūdam vero inuersi, nominum combinationem incohat. Perpetuo quoq; litera radicalis est. Constat vero Chaldaicum Coph, ex Vau, & Iud, ex sexta scilicet & decima numeratione. Centenarium tamen numerum refert. Pręterea, vt aiūt Theologi, qui de literis Hebręorum scripserunt, & p̄sertim Egidius. Hęc litera sic pingitur, habet enim columnā rectam Nun, pro porta superiori, & Caph lunarem, pro porta inferiori, sed alia has, quam Zadich, iūgit ratione. Illa vtrāq; equa lege sotiat. hęc cōtra legē facit, vt maior subfit seruiatq; minori, quod in Iacob, & Esau fratribus, diuinarum rerum imaginibus factum est. Aliquando inter mortales sancti sunt homines, tuncq; Zadich vim habet & ius in mundo, quod homines

homines partim spiritui seruiunt, partim sequuntur, complectunturque naturam, quandoque naturę fluctibus mergunt homines, ut diuinę rei immemores, prohi, pijque, vel nulli, vel quam paucissimi, iidemque sub sceleratorum Principum Tyrānide, vel oppressi, vel contempti sint. Potest etiā Caph, ex patrum Arameorum sententia, Nun erectę, res figuram addere, hoc modo p̄ illud cum Caph, hoc cum Res p̄. Sed Res, & Nun, portam eandē habent, altam, & sublimē. Utque ea litera cum Caph dominante, tenebras. Ita cū Res admonente, lucem affert. Prior sæcula parit, quam miserrima. Posterior vero, longe foelicissima. Quanta in his verbis secreta lateant mysteria, excogitent quam diligentissime, qui arcana patrum Hebræorum ex literis intelligere affectāt. Est etiam hæc litera duplex apud Chaldæos, quandoquidem capitis, medij, & finis est. Cum autē capitis est, sequentem læua, ut psalmo. lxxxvi. In die tribulationis meę,

𐤏𐤍𐤏 Krithoch. Clamaui ad te, vel vocaui te. Cū vero finis, præcedentē dextra amplectitur, ut i psal.


lxxxix. 𐤌𐤏𐤍𐤏 𐤌𐤏𐤍𐤏 𐤌𐤏𐤍𐤏 𐤌𐤏𐤍𐤏 𐤌𐤏𐤍𐤏 𐤌𐤏𐤍𐤏






Medem danphaq men sephothi lo æfahhleph. idest.

Quodcunque egressum est, vel processit de labiis meis non mutabo, vel non irritum faciam. Et sæpe solitaria inuenitur, ut in prædicto psal. lxxxvi. 𐤏𐤍𐤏

Phruq. Saluum fac seruum tuum, tu deus sperantem in te. At cum in medio cōsistit, tanquam alter Aioth, de quo in

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

libro Iudicū cap. 3. אֶת אֶהוּד בֶּן גֵּרָא בֶּן חַיִּמִּי אִישׁ אִיטֵר יֹאֵב יֵמִינו. idest.  
 Aeth æhud ben gera ben haimini ais iter iac iemino. idest.  
 Aehud filiū Gera, filiū Gemini, virū sinistrum, saltē manu  
 dextera sua, vel qui vtraq; manu pro dextra vtebatur, præ-  
 cedentem sequentemq; amplectitur. vt in psalmo .lxxxv.  
 Auertisti captiuitatem  Diagquub. idest.  
 Iacob. Quam bene in hac dictione Iacob, vtrinque  
 ligatur, quandoquidem & ipse, cum de vtero matris  
 egrederetur, plantam fratris sui Esau, tenebat manu.  
 vt in libro Geneseos capite. xxv.

 .; . Ris, vigesima in ordine literarū alphabeti re-  
 peritur. Radicalis, seu essentialis est, & inter literas den-  
 tium numeratur, a Dolad in puncto tantum differt.  
 Dolad quippe in ventre, siue sub pedibus punctum  
 habet, vt in istis,  .; . vides. Ris vero signū suæ di-  
 uersitatis pūctū, summo, hoc modo,  .; . in vertice  
 gestat. Apud Hebræos inter Res, & Daleth, parum,  
 simili modo, discriminis inest. Nam Daleth  in de-  
 xtera superiori eius parte, triāgulum acutū, seu rectū  
 facit. Res vero  obtusum. Quo autē modo cum alijs di-  
 uersi generis linguarū pueniat notis, siue elemētis, iā supra  
 dictū est satis, Duplex præterea litera est & ligabilis, sed p̄ce-  
 dentem







## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ex numero consonantiū, sit spirituum capax. Id ( si non a nobis dictum est prius ) si scire cupis, ad grammaticos in præsentia benigne lector, te remittendum duximus.

**Ⲛ**. Sin, vel Scin, ( vt etiam Hebræorum more proferamus ) penultima alphabeti litera, & sextæ cōnexionis eiusdem, ac secunda primæ alterius combinatiōis nominum alphabeti inuersi, accessoria est atq; seruilis. Et tam apud Chaldæos, & Syros, quam apud Hebræos, vicarias alterius sæpè numero literæ vices obtinet. Quandoquidem cum Samech, nec nō etiam cum Thau Hebræo, quandoq; faciat mutationem, vt quod Hebræus נון Isca, hoc est mulier, vel vxor. Chaldæus נון ithah. Ezechielis. xxii. & **Ⲛ** lathib, vel **Ⲛ** Itheb. Stetit psalmo. i. &. cxxi. Quod Hebræus dicit **Ⲛ** lascab, & pro Hebræo. **Ⲛ** Scemonah. idest octo. Chaldaice **Ⲛ** Tmanio. Et pro **Ⲛ** Gefrim. cum sin smol, idest viginti. Chald. **Ⲛ** Gefrin. cū Samech, vel Somchat. Et pro Hebræo. **Ⲛ** Sceloscim. cum Scin. hoc est triginta. Chaldæus dicit **Ⲛ** Tlothin. per Thau. & i multis aliis dictionibus similiter. Serratā præterea hāc hebraicā literā patet habere formam, vt non ab re, dentem significare dicatur, quandoquidem triplici quodāmodo molari dēte cōpactam,

compactam, ac ex tribus Iodin, & Caph, constare illam videmus. Qui tāquā tres vertices ex inferiori arcuato Caph, assurgētes, formam penè trium illarum litterarum, quibus magnum illud אדנאי Adonai nomen scribere consueuerūt Hebræi, hoc nimirum ordine, , repræsentant, quod sextæ numerationis regiæ & spōsi Solisq; melioris locum tenet. Arcus ( ceu Iris, coeleste signum, supernæ pacis inditium ) Caphi est, non sinistrorsum cornua extendens, sed vètre inferius collocato, in altum cornua eleuans, sponsa, ac Luna est, quæ lucem de spōso Sole, caua deorsum aluuo mutatur, semenq; concipit, vnde humana omnia gignantur, diuina cōmunicantur. Vt non absq; mysterio ( licet aliunde depēdeat ) à propheta Abacuch, in cap. 3 . scriptum fuisse videatur, vbi nos dicimus. Sol & Luna steterunt in habitaculo suo. Nam Sol, qui dicitur שמש Scemesc, ab hoc elemento incipit, & in eodem desinit, Mīm, in medio non sine mystico sensu ( quamuis aperta sit ) fouens atq; recludens. Luna vero à Iod , prima ineffabilis diuini nominis litera, initium sui nominis auspicatur, quæ ייה iareahh, dicitur, in qua per participationem cum Sole, spiritus vitalis cōsistit, & ambo in huius literæ constitutione simul steterūt. Et hic quoq; obiter animaduertendum est, dum dicimus, Sol, & Luna, steterunt, quod in Hebræo textu, copulatiua coniūctio. & non ponitur, sed punctus Mercha ( vt ait Io. Reuchlim ) qui ad nomē Scemesc, additus est, & hastile significat, pro articulo positus est. Cæterū litera ista additiua est, vt in verbo.  Aefahleph, superius adducto, ex psal. lxxxix, a verbo quippe.  Hhalaph. quod

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

quod mutare, permutare, ac pertrāsire, significat, formatur futurū. **תַּחֲלִיף** Tahhleph, pertransibit, psalmo. xc.

& **מַחֲלִיף** Mahhleph, nomen hæmāthicū pertrāsians, in eodem psalmo. & **חֲלִיפָה** Hhalephu, idest, mutauerūt, psal. cvi. &

**מִתְחַלְּפִין** Methhhalphin Mutabātur, psalmo. cii. & **אֶפְחֵלֵף** Aefahhleph.

Mutabo, vel irritum faciam, in quo verbo, aduentēda etiam est, mutua Thau, & Sin, commutatio, vt supra in futuro, quamquam etiam alterationem verbi indicare possit. Formatur præterea ab hoc verbo. **תַּחֲלִיפוּ**

Tahhlupho, nomen, quod commutationem vel varietatē significat, psal. lv. & **חֲלִיפְהוּן** Hhulaphehun.

Commutationem eorū, psalmo. xliiii. Visum fuit hoc in loco ista addere, vt Olaph, Mim, Sin, & Thau, seruliū literarū vsū, lector benignissime comprehendere, nec nō & Nun, in fine additi officia dignoscere possis. Et vt ex hoc etiam ad reliqua formanda, per ostensum iter faciliori additu conscendere valeas. Quando autem Scin, apud Hebræos, pro articulo, aut relatiuo capiat, & quando alia eius nobis officia subueniāt, si intelligere cupis ad Hebræorum grammaticos cōfuge. Præterieram penē quod supra dixi Hebræos Adonai nomen, cum tribus literis, in triāguli, parua ve pyramidis formam scribere, ac magnum illud

Dei

Dei nomen repræsentare . In quo sanè non paruum mihi scrupulum injiciunt, si per tria Iodin, illud insinuât. Quâdo quidem numerus, qui ex literis ineffabilis diuini nominis resultat, vigesimum & sextum numerum non excedat. Tria vero Iodin, trigesimum releuant. Vnde excessus iste, in tam diligentissimis exacti numeri obseruatoribus, processerit, aut quo tēdat, animaduertere penitus nequeo. Nisi forte, arithmeticoꝝ more intelligere velint, numerū numero superpositum, dimidiâ illius partē innuere . Quod si ita est, profecto ex duobus Iodin suppositis, quoꝝ vterq; denarij symbolum refert, & ex Iod superius posito, & ea ratione dimidiato, viginti dumtaxat & quinq; resultat, & vnde diuinum referre perfectissimum nomē intendunt, diminutum proculdubio à sua numeratione ostendunt. Proinde vt quod perfectum est, ex perfectionē etiâ insinuâtibus literis, nec in vlllo excessum, aut diminutionem faciētibus formetur, melius sanè ( meo iudicio ) scribemus. Si suppositis duobus Iodin, vigesimum numerum significâtibus, & primum quidem dextrū pro Iod, prima ineffabilis nominis litera, secundum vero sequens sinistrum Iod, pro duabus leuibus dicti nominis aspiratiōibus. He. scilicet &. He. quinq; & quinq; redentibus, & decem facientibus ponamus; supra vero duo ista sic collocata Iodin, si Vau, literâ quæ in nomine Dei magno, inter duo. He. reperitur, & senarium indicat perfectissimum numerum imposuerimus, proculdubio (remota arithmeticoꝝ regula) integris in sua sede remanentibus numeris, vigesimum & sextum dūtaxat numerum habebimus, & hoc pacto, integrum, & in suis numeris perfectum, diuinum nomen insinuabimus.

Videant

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Videant tamen ac diligentius ista perscrutentur; qui ita scribunt, & meliora considerent.

**Ⲛ** . L . Thau, vltima Chaldaici, Hebraici, atque Samaritani, alphabeti litera est, de cuius prolotione, atque cum alijs diuersarum gentiū literis, cōformatione, variaq; eiusdem punctatione superius tractauimus, & signum ex antiquorum relatione significare diximus, proindeq; non spernendum fore, quod vltimum nomen ex sex resultantibus ex alphabeto recto, finiat. Primum vero septem nominum ex alphabeto inuerso incohet; & quod a signo ad signatum nos reuocet. Thau quippe ( vt inquit Doctores ) crucē Christi ( vt ex ipsius figura cōstare asserūt ) significat, qua frontes signantur dolētū. Fuit enim dudū signū futuræ Crucis, nunc Crux ipsa, & sicut omnium elementorum finis est Thau, sic omnium librorū veteris testamenti, qui totidē numero sunt, quot alphabeti sunt literæ, Crux Christi finis est. Ipse enim finis est legis ad iustitiam, & omnia illa librorum signa, Dominicæ incarnationis, & nostræ redemptionis sunt sacramenta & signa, per quæ hoc vnū annunciatur, in quo omnia referuntur signa. Thau ( inquit beatus Hieronymus ) extrema est viginti duarum literarū, apud Hebræos, & perfectam in viris gementibus, & dolētibus, scientiam monstrat. Hebræi vero autumant, quia apud eos lex תורה Thorah, dicitur. Et in principio nominis sui scribitur hæc litera, eos hoc accipere signaculum, qui legis præcepta compleuerunt. Præterea Thau litera, extrema in antiquis Hebræorum literis, quibus vsq; hodie vtuntur Samaritani, Crucis habet similitudinem, quæ in christianorū frontibus

frontibus frequenter signatur, cuius munitione signamur. Thau præterea litera vno quidem modo duplex est, tam Hebræis, quam Chaldæis, quia variam, pro vario puncto rum accessu, prolationem habet, vt supra dictum est, de Raphæ, & Dages, quo ad Hebræos, & de Rubro, quantum ad Chaldæos spectat, in vertice, aut sub pedibus puncto. Alio etiam modo duplex dici potest, & hoc de Chaldæa litera intelligendum est, quia cum adhærētibus & adnexis ligabilis est, & inter ligabiles vltima. Et bene quidem cum præcedenti tantum ligatur, ne videatur adhærere sequenti, & illam suspectare, cum vltima sit, nec superuenientem expectet. Quod nec à mystico sensu abhorret, cum Crucē (vt aiunt Doctores) præferat, & illam quidem Crucē, olim præfigurabat, quæ nõ aliam post se requireret, ad humani generis redemptionem. Cõficitur autem Hebraicū Thau, vel ex Res, & Nun, (vt ait autor libri de literis Hebraicis) vel ex Caph, & Vau. Diuinus enim spiritus, qui p ytrāq; literam dignoscitur, quādoq; illustrat tantum, vt cū viuētes afflantur, quādoq; & complet, & beat, cum ad fœlices campos parentis datur ora tueri, & bonorum omnium finibus animæ carcerem egressæ potiuntur. Vtriusq; vt Eliseus petit, spiritus duplex, hic gratiæ atq; prophetiæ, illic summi spectaculi atq; voluptatis. Nun pendens, sicut in vita, spes nos suspendit, vt ancora, hic Nun accubans, quiescens, sibiq; ipsa sufficiens, idem est spiritus (vt pollicetur oracula) æterno pinguium comitio, faciēs nos accubere. Cūq; hic bonorum verus sit finis, quō neminem attigisse, fas est vnquam, nisi idem in hac vita spiritus anticipauerit, & ab humanis eruens, mentem ad diuina suspēderit,

K

illisq;

**INTRODV. IN CHAL. LINGVAM**

illisq; æterno ac indissolubili nodo colligauerit. Iccircò prius & in medio literarum Caph, sita est, Nun pendulam tendens, in calce extremo omnium Thau, accubantis & quiescentis, requiem voluptatemq; subnectens, & quam, Nun, pollicetur longo crure, lōgitudinem, æternitatemq; dierum. Hæc non iam ad spem, sed ipsorum thesaurorum, & perpetuæ felicitatis beatam possessionē introducit, aitq; vt in Epithalamio, bibite amici atq; inebriamini. Nec prætereundum est, quod Thau, incipit, mediat, finitq; dictiones & verba, tempora quoq; personas ac genera, verborū etiā affectus distinguit, & plerūq; methatesim facit in verbo à Sin incipiente, vt dum præponi debuisset, postponatur, vt legenti psalterium Chaldaicum (quod Deo p̄optio publicaturi sumus) facillime occurrere poterit. Attamē (vt iterim partē aliquā studiosis offeramus) exēpla nōnulla in medium adducemus, per quæ sagaci ingenio, industriaq; cætera comprehendere poterunt, & diligētiae fructum, laudēque cōsequentur, a verbo quippe. <sup>٧</sup> <sup>٩</sup> **سب** Sabahh. Quod laudare, cātare, vel hymnum dicere significat, formatur nomen. <sup>٧</sup> <sup>٩</sup> **سب** Tesbuhhto. idest. Canticū, seu Hymnus, in psalmo. xl. In hac dictione, Thau, caput occupat, & desinit in seruilem syllabam <sup>٧</sup> <sup>٩</sup> **س** de qua alias. Et ab <sup>٧</sup> <sup>٩</sup> **سب** Abad. Perdedit, periit, descēdit. <sup>٧</sup> <sup>٩</sup> **سب** Taubad. Perdes. psalmo quinto. & hic, Thau, est ex literis æthan, vel peribit, psal. nono, scribitur & in psalmo





## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

ad istius literæ probāda officia, sed tum ne nimium nostra hæc traditio in longum trahatur, cum ne videamur studiosis velle inuestigādi occasionē eripere, in præsentia, paucis additis, missa facimus. A prædicto verbo formatur etiam,

ⲙⲓⲅⲓⲣ Mgrir. Excitauit, psalmo. lxxviii. & a verbo

Ⲛⲟⲁⲓ Sequal. idest. Portauit, tulit, baiulauit, apprehēdit, & similia, fit.

Ⲛⲟⲁⲓ Asqual. Tulit, abstulit. psalmo. lxxviii. &

ⲛⲟⲁⲓ Dasqualt. Quod assumis. psalmo. l. &

ⲛⲟⲁⲓ Dasquil. Portans, vel qui portat. psalmo. cxxvi. &

ⲛⲟⲁⲓ Dsequelth. Portauit. psalmo. lxxxix. &

Ⲛⲟⲁⲓ Soquel. Auferens, vel portans. psal. ci. &

ⲛⲟⲁⲓ Squal. Tollite, apprehendite, sumite. psalmo. lxxxix. &

ⲛⲟⲁⲓ Nesqlun. Baiulabunt, afferēt. psalmo. 72.

ⲛⲟⲁⲓ Nesqlunoch. Portabunt te. psalmo. 91.

ⲙⲉⲥⲧⲁⲒⲓⲛ Mestaqlin. Qui exaltati sunt. psal. 74.

ⲁⲉⲥⲧⲁⲒⲓⲛ Aestaquil. psalmo. 98. ubi nos dicimus. Exaltare.

ⲛⲉⲃⲓⲉⲥⲓⲥ Thargū Nebiēsis. Irrue. Et a verbo,

Ⲛⲟⲁⲓ Sphoia. Contriuit. psal. 68. Fit.

ⲁⲉⲥⲧⲁⲒⲓⲛ Aestuph. Cōtritæ uel humiliatæ sunt. psalmo. 119.

Item a verbo quod prosternere, humiliare, comprimere,

affligere,



## INTRODV. IN. CHAL. LINGVAM

Qui uero infra primam syllabam, secundam personam repræsentat, ut **ܢܢܩܘܢܐ** Ant rhhemt; tu dilexisti: psalmo. 45. Aliquando uero imperandi modum uel obsecrandi affectum significat, ut in psalmo nono, **ܩܘܡܘܨܩܘܡܐ** Quum morio, Surge domine: & ibidem in uerbo **ܩܘܡܘܨܩܘܡܐ** Aquim, Pone, uel cõstitue. Porro qui sub tertiam dumtaxat, aut sub, supraque, uno tempore eadem, infixus uidetur: tertiam quoque personam insinuat: ut, **ܢܢܩܘܢܐ** Aino rehhmet. Ille dilexit: uti psal. 119. in Ogdoade sub litera Sin **ܢܢܩܘܢܐ** Varhhemtoho. Et dilexit ea. Constat igitur ex adductis exemplis, quomodo puncta primam, secundam, tertiam uel personam, imperandi modum, obsecrandi affectum, generis discrimina, defectum, immutationemque; literę nobis ob oculos ponant, & quamquã alia eorundem punctorum plura sint munia, illa tamen in præsentia missa facere visum fuit. Quandoquidem nec totam penitus rem grammaticam possumus, nec intēdimus, in hac introductione declarare, sed pauca quedã adducere, quę in viã, ad cętera uestigada, lectorem inducere ualeãt. Proinde reliquis omissis, ad numerorũ declatationẽ, iure transitum facere possumus.

¶ De Numeris, & modo numerandi, ac literis nominibusque numeralibus Chaldęorũ, &c. Cap. XI.  
Chaldęorũ

**C** Haldæorum mos est, per alphabeti literas, numerationes computare, sed nouem unitatibus ab Olaph vsq; ad Iud, in primo numerandi ordine vtuntur. A Iud vero ad reliquorum numerorum structuram, aliū ordiuntur numerandi modum. Eodem modo Hebræos, Arabes, Armenios, Græcos, Macedonas, & Dalmatas, vt compertum est. Punici vero, Latini, & Indi, alijs notis siue ciphris in numeris insinuandis, vario, vt quisq; primum excogitauit modo, effigiatis, vtuntur. Modus vero numeros per literas reddendi à Chaldæis talis est.

ا	ب	ج	د	هـ	و	ز	ح	ط	ي
1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
م	ن	س	ع	ف	ق	ك	ل	م	ن
40	50	60	70	80	90	100	200	300	400

A denario vero numero ad vigesimum à Iud, scilicet ad Coph, & à Coph, ad Lomad, & successiue ordine suo ab vno denario numero, ad denarium alium numerum, hoc modo soliti sunt computationes scribere.

ا	ب	ج	د	هـ	و	ز	ح	ط
11	22	33	44	55	66	77	88	99
س	ع	ف	ق	ك	ل	م	ن	س
440	330	220	110	99				

Et sic de reliquis, vsq; ad suum perfectū denariū numeq;. Alius quoq; p noia numerādi modus est, iuxta ordinē alphabeti. Sed antequā de noibus numeralibus loquamur, Sciēdū imprimis est; quod Chaldæi, & Syri, vt Hebræorū quoq; præceptiones tradunt, numeros habent, alios quidē quos

## INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

quos Cardinales, alios vero quos ordinales, grammatici vocant, verbi gratia. Vnus, & primus. Præterea non ignorandum, quod vnum pro altero in sacris literis, tam patrum Hebræorum veteris testamenti, quam etiam Euangelistarum ponitur, quorum dicendi modus, siue phrasis (vt de Euangelistarum libris intelligamus) citra contentionem, potius Chaldaica, quam in totum Hebraica est. Quandoquidem tempore Saluatoris nostri, & Apostolorum, Hebræi post reditum eorum, e Babylonica seruitute, licet Hebraicè scriberent, & grammaticè quidem, sed measane sententiæ (saluo tamen peritiorum semper iudicio) non eleganter, nec antiquioris seruatò stili decore, vt olim patres eorum, ante Babylonicam captiuitatem, vt videre fas est, in Euangelio Matthæi, nuper literis Hebraicis à Monastero in lucem edito. Proinde non mirentur quidam si hebraïsmum (vt aiunt) non videatur redolere. Comprehēdimus etiam nos in nostris, quātum Latini sermonis vsus defecerit, post Gothorū Barbarorumq;, in Italiam incurfus. Cognoscunt id verū esse, qui bonas (vt dicere solemus) his temporibus literas amant. Ceterum cum dicitur in Euangelijs, vna Sabbati, & in alijs scripturis vna mensis, & in libro Geneleos in ordine creationis mūdi: cū scribit vespere & mane וַיְהִי עֶרְבַּי וַיְהִי קֶדֶם Iom ḡhad, idest dies vnus. Postea in secūdo die habetur וַיְהִי עֶרְבַּי וַיְהִי קֶדֶם iom sani, idest dies secūdus, ibi clare patet, qd' vnus, pro primo ponit. Propter quod etiā notum est, alterum p altero vsurpari. Quod loquendi genus, tam Græci, quā Hebræi, & Latini notauerunt. Obseruatur etiam ab Arabicis, id ipsum dicēdi genus, q in dicto capitulo primo Geneleos dicūt


Iamini tūtin, dies tres, &

Iamin

Iamin hhamfin, dies quinq; Iauin fadisfin,  
dies sex. Et post paulum ibidem sequitur. Et perfecit Deus

Phi aliumi alfabiga, idest in die septimo;

Idem obseruatum animaduerti à Chaldæis & Punicis, in  
scriptis supra psalmos numerationibus, siue numeralibus  
noibus. Quippe vbi Chaldæus, in suprascriptiōe primi  
psalmi dicit

 Mazmuro

quadmoio ldauid, idest, Psalmus primus David, Ara  
bs pro primo scribit

Alaul, & vbi Chaldæ

us supra secundum psalmum scribit  Datrin.

idest: duo. Punicus scribit

Alfani, duo, &

successiue in aliis numeris, vbi Chaldæus scribit Tlo

to, Arbago, Hhamso, Seth, Sabago, Tmanio, Ttag,

Gfar. Arabs dicit. Alfals, Alrabag, Alhams, Alfads,

Altamn, Altesag, Algefag, & gradatim a. x. hoc nume

ro ad .xx. & reliquos supra numeros, vt in Psalterio

Chaldæo a nobis (si Deo placuerit) publicando ap

parebit. Et cernere licet in Arabica psalmorum in

terpretatione a Nebiensi Episcopo iam pridem edita.

Ex his si non cecutientes sumus, mutuum cardina

lis, & ordinalis numeri vsum in Chaldæis & Arabicis

conspicimus.

L

¶ Sequitur

# INTRODV. IN CHAL. LINGVAM

Տնաւ զ փարէս և զ գարայ ի թամարայ փարէս  
 Տնաւ զ Եգրովն. Էգրովն Տնաւ զարամ. Էշրամ  
 Տնաւ զամհրադար. ամհրադար Տնաւ զնայասու  
 վն. Նայասովն Տնաւ զ սաղմին. սաղմին Տնաւ  
 զ բոոս ի հոեգեբայ. բոոս Տնաւ զ յովբէթ ի  
 հոոթայ. ովբէթ Տնաւ զ յեսսէ. յեսսէ Տնաւ  
 զ դաիթ ադբայ. դաիթ Տնաւ զ սաղովմին  
 ի կնոջէն ուրիայ. ուղովմին Տնաւ զ րոբով  
 ամ. րոբովամ Տնաւ զ արբայ. Էբիայ Տնաւ  
 զ ասափ. Էսափ Տնաւ զ յովսափատ. յովսա  
 փատ Տնաւ զ յովրամ. յովրամ Տնաւ զ ոզիոյ.  
 ոզիայ Տնաւ զ յովաթամ. յովատամ Տնաւ  
 զ աքազ. Էքազ Տնաւ զ Էգեկիայ. Էգեկիայ  
 Տնաւ զ մանասէ. մանասէ Տնաւ զամովս. Էմովս  
 Տնաւ զ յովսիայ. յովսիայ Տնաւ զ Էքոնիայ և  
 զ Էլբարս Նորա. առ գերութենէն բաբելացիոց.  
 Յետ գերութենէն բաբելացիոց. Տնաւ յեկո  
 նիայ զ սաղաթիէլ. սաղաթիէլ Տնաւ զ գո  
 րաբաբէլ. գորաբաբէլ Տնաւ զաբիուդ. Էբիուդ

Dd      Տնաւ

APPENDIX MVLTARVM

ՏՆՆԱՒ ՂԵՂԻՄԱՅ ԿԻՄ՝ ԵՂԻՄԱԿԻՄ՝ ՏՆՆԱՒ ՂԱԳՈՂԻՐ  
 ԿԱԳՈՂԻՐ ՏՆՆԱՒ ՂԱՍՈՒՈՎԿ ՈԱՂՈՎԿ ՏՆՆԱՒ ՂԱՔԻՆ  
 ԼՔԻՆ ՏՆՆԱՒ ՂԵԼԻՈՒՂ . ԵԼԻՈՒՂ ՏՆՆԱՒ ՂԵԼԻՍՏ  
 ՂԱՐԵԼԻՍՂԱՂ ՏՆՆԱՒ ՂՄԱՍԹՈՒՆ . ՄԱՍԹՈՒՆ ՏՆՆԱՒ  
 Ղ ԵՍԿՈՎԲ . ԻՍԿՈՎԲ ՏՆՆԱՒ Ղ ԵՄԼԱՏԿ ՂԱՅԻՆ . ՄԱՍ  
 ՐԵՄԱՅ . ՈՐՈՒՄ՝ ԻՍԱՒԵՅԵԱՂ ՂՄԱՐԻՍԱՄ ԿՈՅԱ ԵՈՐ  
 ՄԷ ՏՆՆԱՐՆ ԵՆՍՈՒՍ ՈՐ ԱՆՈՒՆԵԾԱՒ ԿՐԻՍՏՈՒՍ  
 ԼՔՐՂԱՄ՝ ԱՂԳՆ ԵԱՐՐՈՅԱՄԷ՛ ՄԻՆՇԼ Ի ՂԱՍՈՒԻԹ  
 ԱՂԳՔ ՏՆՆԱՒՔ ՍԱՍԱՆՔ . Լ Ի ՂԱՒԹԵ . ՄԻՆՇԵՒ Ի  
 ԳԵՐՈՒԹԵՒՆ ԲԱԲԵԼԱԾՆՆՂ ԱՂԳՔ ՏՆՆԱՒՔ ՍԱՍԱՆՔ  
 Լ Ի ԳԵՐՈՒԹԵՆ ԷՆ ԲԱԲԵԼԱԾՆՆՂ ՄԻՆՇԵԼ Ի ԿՐԻՍ  
 ՍՏՈՍ ԱՂԳՔ ՏՆՆԱՒՔ ՍԱՍԱՆՔ .

**Q**Uæ post Armenicum Evangelium, in superio-  
 ribus nostris literis, Arabice manu scripta fue-  
 rant, viginti scilicet librorum, Punicorum epi-  
 grammata, siue inscriptiones & titulos, quia mihi Punicæ  
 literarum typi, seu formæ non sunt, in præfati appêdici nō  
 addidi. Verum quia de Apollonij Tianeî Alphabeto mē-  
 tio facta est, et alphabetum ipsum paulo ante excussura, faci-  
 le illius verum esse crediderim. Quandoquidē multi qui  
 Tianeî vitam composuerunt, & præsertim individuus pe-  
 regrinatiōis eius comes Damis Assyrius, a quo Philostratus  
 in primis qui de illo scripsit, sumpsisse videtur; omnium  
 illum

illum intellexisse, & egregie proferre potuisse linguas, asseueret. Librosq; de Astrologica diuinatione, & quæ sacra & quomodo dijs singulis acceptissima sint, & multa alia scripsisse affirmant. Ut qui ab Iarcha acceptis septem annulis, septem stellarum nominibus cognominatis, quorum singulos, iuxta dierum nomina, singulis gestabat diebus, & diuinandi scientiam consecutus fuerat. Quid mirum si etiã peculiari potuerit alphabeto uti.

¶ Hieroglyphica vero, ut ait Suidas, *Ἱερογλυφικὰ ἢ χρονογράμματα*, & quædam alij, ut in naturali historia refert Plinius.

¶ Aegyptiacas præterea literas, & Orus, & multi alij descriperunt, & sculpturæ illæ effigiesq; quas in obeliscis videmus (inquit Plinius) Aegyptiæ literæ sunt, de quibus etiã Cornelius Tacitus, & Lucanus, & visu quoq; temporibus istis comprehenduntur Romæ. Vidi ego his proximis annis Bononiæ, in manibus cuiusdã Canonici Paleoti, Ciuis Bononiensis, librum ex India aduectum, tygridis pelle coopertum, in quo variæ hominum (& si bene memini) aliarum quoq; rerum, ac animalium figuræ tantũ depictæ erant. Et in circuitu seu limbo, ac illarum figurarum peripheria, notæ quædam, quas ego literas omnino existimaui, & si vir ille, alioq; nobilis, libelli copiã, ad horas nõ negasset, proculdubio Alphabetum exscripsissem, cognosceretq; in præsentia studiosi homines, præter imagines illas, apud Aegyptios literarũ etiã apices esse, veteresq; illos (ut Apuleius in sua Metamorphosi refert) habuisse libros ignorabilibus literis prænotatos, partim figuris huiuscemodi animalium, concepti sermonis compendiosa verba suggerentes, partim nodosis, & in modũ rotæ tortuosis, Capreolas



## APPENDIX MVLTARVM

timq; cōdensis appicibus à curiositate personarum lectione munita.

**C** Eritreos, qui in regione Medorum, non longe à Baby lone sunt, literas Græco more scribere, Philostratus asseuerat. Proinde Alphabetum, quod supra Babylonicum inscribitur, facile etiam Eritreorū esse potuit. Sed his prætermisissis alias mutuas subiungamus Epistolas.

**C** D. Ambrosius Papiensis, Canonicus Regularis Lateranensis, Excellenti Artium Doctori, & multigenarum linguarum gnaro. D. Gulielmo Postello tanquam Fratri Honorando. S. P. D.

**M** Agillius Ludouici Spoletani adiurationem, seu potius supplices præces, cū characteribus à Dæmone subscriptis, in ipso archetypo, Chalcographum hūc nostrum, animi audentioris nactus, ad te mitto Gulielme charissime, Vbi legeris, & ( si placuerit ) excrispseris, eidem Chalcographo nostro restitues, qui ad incipitum opus prosequendum, breui huc reuersurus est, & fide liter referet. Si tamen magica isthæc Danieli Bombergo, prius ostenderis, rem mihi haud quaquam ingratam feceris. Cognoscet enim vir ille bonarum, peregrinarūq; literarum amator, & multarum linguarum gnarus, Ambrosium vera dixisse, cū proximo mense Iunii Venetijs, in illa Doctorum hominum corona, in ædibus quoq; suis tecū loqueretur, qui paulo ante ab Orientalibus adueneras. Nā inter loquendum ( vt moris est eorum qui cupido, affectatij, anhelantiq; animo semp bona aliqua discendi, in linguarum varietate propensius versantur ) dum ego à te quærerem, si forte aliquod literarum peregrinarum peculium, in  
Italiam

Italiam tecū aduexiffes. Cūq; præter Græcas, & Hebræas; quas priuſquam Byzantium adires, in patria tua, cū latinis optime didiceras, reſpondiffes, Punicas te, Arabicas, Armenicas, Samaritanas, Indorumq; habere, & calere literas & linguas, & quædā alia quæ in præſenti non erant ad manus. At ego confeſſim illas omneis habere noſceq; ut cūq; ſubiunxi, oſtendiq; tum tibi, & Bombergo, & cæteris qui aderant Pſalterium ( quod aiunt ) Dauid, Syriacis, Chaldaicisq; literis pulcherrime, cum Arabica interpretatione ſcriptum. Nec nō libellum Diurnarum horarum, Armenicis pariter literis ſcriptum. Addidi poſtmodum præter illas quas dixiffes literas, Iacobitarum, Cophitarum, Gorgianorum, Macedonum, Seruianorum, Bulgarorū, Illiricorumq; ſeu Dalmatarum literas noſce, & Alphabeta quædam alia habere, quæ proximis his diebus, ut potui melius exſcripſi, & ad te ( ut poſtulaueras ) cuidam ex noſtris Canonicis deferenda cōſignauī. Memini me quoq; tunc ſubiunxiſſe. Si Ferrariam veneris monſtra tibi literarum, Zyphrarumq; oſtēdam. Et ut admirationem in omnium qui aderatis animos inducerem, vel potius ad riſum docti illorum hominum cateruam concitarem, ſubdidi. Habeo quas nullus forſan habet, Diaboli literas, Dæmonis ipſius manuſcriptas. Qui tum riſus, qui cachinni, quæ admirationes exorte fuerint, tu noſti, Et cum pertinacius inſiſterem, remq; omnem & factum, ut fuerat, recēſerem. Viſi fuiſtis omnes verbis meis fidem aliquā præſtare, poſtmodū diſceſſimus. Nunc vero vos qui tunc conueneratis docti hoīes, cum Diaboli literas acceperitis, legite ſi noſtis, & diſcite Ambroſio credere vera dicēti. Expecto mi Poſtelle,

ut archetypū

## APPENDIX MVLTARVM

vt archetypum remittas. Et si paruum Octogonum libellum, Punicis literis optime scriptum intellexisti, quem ad te simul cum istis misi, vnà cum aliqua subiecti ipsius declaratione, vt pariter remittas efflagitabo. Vale, & amàtem ama. Salutabis meo nomine Bombergum. Ferrarię ex Canonica Sàcti Ioànis Baptiste, sexto idus Augusti. 1537.

**C**Hanc Epistolam non recepit Postellus, vt infra scriptę testantur literę.

**C**A I Venerañ. Padre Dòn Ambrosio da Pauia, Canonico Lateranense, suo maggiore sempre osseruañ.  
In Ferrara.

A Sancto Giouanni Baptista.

**P**Ater mi honorañ. le vostre lettere hebile tarde, videlicet quella matina che lo vostro Stàpadore si partite da Venetia, e alla sera quello medemo giorno, andat da Messer Gulielmo, & trouai che era caualchato pur quella matina per Franza, per ordine del. S. Oratore Fràcese. Et con ogni fidutia ho aperte dette letere, per vedere sel vera cosa che potesse soprir' io, pocho ve manchete nō l'habbia dato al ditto Oratore, con pregarlo che le mandasse al ditto Messer Gulielmo, pur al tandem mi e parso piu espediente remandar le a. V. P. alle cui orationi di core mi racōmando, vna cō la Reueretia del vostro. P. Priore. Ne altro, da Venetia. 9. Augusti. 1537.

Don Ricardò da Nouara, vostro.

**Q**Vibus profecto receptis, atq; per lectis literis, & nostris simul remissis, ac denuo restitutis, nō parua sanè animi molestia affecti fuimus, quod scilicet (vt sperabamus) in manus puenire nō potuerint amici.  
Verum

Verum enimvero dum post chalcographi ad nos redditū operi perficiūdo inſiſtimus, cōmodioremq; amico ſatisfaciendi opportunitatem expectamus. En patrum meorum iuſſu, Papiam, vnà cum eodem Calcographo, & cum omnibus ad artem illam neceſſarijs ſimul inſtrumentis, atq; impedimētis proficiſcor. Et renouata demū, atq; redintegrata chalcotypa officina, & omnibus rite, atq; ordine iterum diſpoſitis. Dum intermiſſum imprimēdi operis noſtri munus, denuo reſumo, & ad literarum multigenarum concinandam harmoniam, omnibus ( vt aiunt ) neruis intendo. Nono Auguſti, Milieſimo qngēteſimo trigēſimo octauo inferius deſcriptæ, Poſtelli mei, redditę ſunt mihi literæ.

CA Mon Signor. F. Ambroſio di Pavia Canonico Regular di Santo Augoſtino a ſant Iouan Baſtiſta. In Ferrare.

**I**O viſcriſſi do o tre volte Padre Reuerendiſſimo da poi il voſtro partir di Venetia, & ſon ſecuro che hauete ricepute de le mie per le quale dapoi eſſermi humilmente commandato, io chiedea voſtra excellentia mandar mi tutti quei diuerſi charatteri m'hauēui promeſſo, ma le grande voſtre occupatione vi hāno ritardato, la qual coſa mi piace aſſai. Perche adeſſo voglio priegarui me voglia te mandar & tutte quelle coſe promeſſe & le voſtre proue & alphabeti d, Armenico & Chaldeo, per monſtrar la voſtra diligētia a noſtri homeni, perche voi ſapete il bene piu eglie cōmune & piu è diuino. Le coſe le quale con lettere voſtre me vorete mandar, date o vero in caſa di Meſſer Daniel Bombergo, o di noſtro Imbaſciator Frāceze a mon ſeignor Capellano, ſi non ch'hauerete miglior cagion di ſcriuermi

## APPENDIX MVLTARVM

scriuermi da Ferrare. Io di presentefon in Parigi ne la strada di san Iacomo a linsegna di la fōtana , oue poderete. cōmādar mi quello piace a vostra Seignoria & sarete presto vbedito. Le mie littere Arabice trionpharanno qua secon do mi par loppinione di tutti saui, facendo fin hauendoui priegato encor vna volta di non mancar vostra promessa & sendomi cōmādata a la. S. V. supplicaro la diuina pro uidentia voglia iunger la soa gratia a vostri boni desii.

De Parigi il vostro seruitor. Gulielmo Postello.

**C**lui prego di gratia continuate le vostre diligentie di sa per de quello qui stampò Lalcorano Arabico se lui vo lesse vender i soi ponzoni o vero vna matrice, & essendo aduertito del precio vi mandaro dinari perche ho molto di bisogno di quei per stampar nōstra Grammatica Ara bica, & altri libri da leger in medicina, così facèdo haurete parte de le lode in tutte le lingue.

**O**Mni interea studio, cura, atq; diligentia nō cessa ui Alexandrum, Paganini Brixienſis filium, & qua potui etiam sollicitudine, amicorū interuētū, roga re non destiti, vt typos, formasq; Punicarum literarum, qui bus olim pater eius Alcoranum impresserat, iusto vellet Postello vendere prætio, quod cū facere iam iam paratus esset, & dū amicū, eius rei certio rem facere præparo. Libel lum duodecim linguarum differentiumq; literarum Gu lielmi Postelli publicatum cōspicio. Statimq; in mētē mē hi subijt Io. Euangelistæ, & Simonis Petri recordatio, atq; memoria. Vtrūq; n. illoꝝ præceptoris mouerat amor, & pari æmulatione, pariq; mouent̄ cursu, sed dispar omnino fuit euentus. Idem amor literariam rempublicam iuandi

Ambrosium

Ambrosium mouerat, & Postellum. Cœpit prior Ambrosius senex. Iuuenis ad propositum citius peruenit finē Postellus. Non tamē incœptum iam interrupit cursum suū Ambrosius, sed ad optatum tandē terminū, propositūq; scopum, etiam ipse peruenit, & quantum in literarum monumentis conspexerit, Postello & ceteris, qui talia affectāt, palā in facere procurauit. Et sicuti clauis clauo extrudit, ita, mutua quoq; virtutum æmulatione latentia in literarū monumentis, præciosa quæq; in lucem prodeūt. Sic olim Democritus Abderita Philosophus contigisse refert, in libro cui titulus est φυσικὰ καὶ μυστικά, affirmat & Sinesius Philosophus, qui in illum ad Dioscorum magni Serapidis Alexandrinorum Dei sacerdotem scholia composuit. Nā in Aegyptum profectus, apud magnū Hostenem in templo μεμφωσ, vnā cum sacerdotis filijs ministri officio fungebatur, & dum in templo cibum sumeret, repente sponte sua, lapidea apparuit in cinereo puluere scissa columna, ex qua περὶ ἄνω βίβλωσ, extrahentes, inuenerunt in eis, aliud profus nihil, quam tria hæc ( vt sic dicam ) admodum vtilia verba.

Ἡ φύσις, τῆ φύσει, τέρεται. καὶ

Ἡ φύσις, τῆ φύσιν, ἰκᾶ, καὶ


Ἡ φύσις, τῆ φύσιν, κρατα,

¶ Sed quantum hoc pertineat ad rombū, considerent, qui præacutam ingenij aciem habent, & quantum queat æmula virtus inspiciant. Nos vero interea, ex penitissimis Chaldæorum, Syrorumq; monumentis, alia proferamus in lucem, quibus diuersæ Chaldæorum gentes vtuntur, & Syrorum, videlicet,

Ee      ¶ Alphabetū

# APPENDIX MVLTARVM




## ☩ Alphabetum Chaldaicum.


  
 Hheth. Zain. Vau. He. Dolad. Gomal. Beth. Olaph.


  
 Söchath. Nun. Mim. Lomad. Lomad. Coph. Iud. Teth.


  
 Thau. Scin. Ris. Quoph. Zzode. Phe. Ain.

## ☩ Aliud Alphabetum Chaldaicum.

¶ Inuenio tñ in aliquibus satis vetustis voluminibus duo isthæc alphabeta, cōtrario etiã ordine scripta, & cum latinis literis adscriptis ab. A. nimirũ, vsq; ad. Z. & pinde Latino rũ more, id quod facile mihi psuasero, haud quaquã a ratione dissonũ fore. Potuerũt equidẽ p̄ fines aliqui, & in extremis Chaldæe partibus, habitãtes populi, sicuti & nõ lõge disciti Indi, a sinistra in dextrũ latus scribere, quẽ admodũ & aliq; Syri, quorũ etiã post paulũ alphabeta sequẽtur.

¶ In priore tractatu chirographicõ, & typographicõ, Samaritanorũ alphabetũ descripsi, p vt mihi Gulielmus Postellus Venetij, cũ suo, qd' è Byzãtio in Italiã aduexerat, benigne reformauerat. In p̄sentia vero non p̄termittere visum fuit,

fuit, i tenebris amplius latere, Samaritanū aliud alphabetū, quod olim mihi primū Romæ tradidit, Reueren. tūc Cardinalis, S. Georgij, Raphaelis Riarij, à secretis, excellēs Iureconsultus, & i Græcis, atq; Hebraicis literis apprime eruditus Fabius Spoletanus. Q d cū i vrbe quoq; πολυλόγη, illi, & inter doctos sui tēporis viros doctissimo Flaminio ostēdissem, Samaritanū omnino esse asseruit, nec dedignatus est, sua manu scriptum alphabetum, ad exscribēdum & cum alio conformandum concedere, quod qdē tale est.

Ⲁ Ⲃ Ⲅ Ⲇ Ⲉ Ⲋ Ⲍ Ⲏ

Hhet. Zain. Vau. He. Daled. Gimel. Beth. Aleph.

Ⲑ Ⲓ Ⲕ Ⲗ Ⲙ Ⲛ Ⲝ Ⲟ

Ain. Samech. Nun. Mim. Lamed. Caph. Iod. Teth.

Ⲡ Ⲣ Ⲥ ⲧ ⲩ ⲫ ⲭ

Thau. Scin. Res. Quoph. Zzadich. Phe.

¶ Nunqd hoc loco Hebræos p̄tereūdos cēsuerim profecto minime. Nā si verū est illud beati Hieronymi dictū, Hebræos scilicet omnīū linguis loq, facile credendū fuerit, omnīū quoq; literis vtī, aut saltē multiplices ac varios literarū characteres habere, qd facile p̄bari pōt. Quatuor quippe Hebræorū alphabeta Augustinus Pantheus Venetus Sacerdos, in sua Voarchadumia cōmemorat, cōe .i. quo passim oēs vtunt. Alterꝫ ab oīpotēti Deo Moyfi in Mōte Syna. Tertīū Abrahe in fluminis trāsitu cōcessum. Quartum, quod & cæteris antiquius est, Enoch traditū, & ad alphabetū nostri ordinē numerūq; relatum, tribus superabū-

Et ii dat



## APPENDIX MVLTARVM

dat aspiratis literis. ch. videlicet. ph. th. Abraham à Balmi  
 Hebræus doctor, in sua à Daniele Bombergo, iam dudū  
 impressa Grammatica, duo tantum Hebraica nouit alphas  
 beta, commune nimirum & transitus fluminis. Cornelius  
 Agrippa, in libris de occulta Philosophia, Cablisticos, re  
 tulit, varios habere characterizandi modos. Et p̄pter dicta  
 duo alphabeta, aliam apud Hebræos cœlestem dixit esse  
 scripturam, qua ( non secus atq; Astrologi in stellarum li  
 neamentis, signorum imagines educere consueuerunt ) al  
 phabeti sui literas, inter sydera collocatas, figuratasq; osten  
 dunt. Aliam quoq; quam Malachim, siue Melachim, hoc  
 est Angelorum, siue regalem appellare soliti sunt. Sex igit̄  
 relatis Hebraicarum literarum generibus, opere p̄p̄tium  
 arbitratus sum me facturū, si alios haud quaquam sp̄nē  
 dos Hebræorum characteres, à varijs non infimi nominis  
 autoribus excerptos, in hac nostra appendice adderem. In  
 ter libros Antonij de Fantis Taruisini, olim Philosophi,  
 Astrologi excellentissimi, memini me vidisse opera, Razi  
 lis, Picatricis, Bailum, Mercurij, Petri Apponis, Salomo  
 nis, ac interpretis illius Apollonij, & aliorum multorum,  
 ex quibus tanquam ex virenti & florido prato, variarum li  
 terarum flores, & characteres diuersos collegi. Neq; enim  
 aliam omnino ob causam, tam diligenter libros illos, ante  
 quam in Vulcani potestate à patribus nostris, in quorum  
 manus ex testamento peruenerunt, legi. Quam vt chara  
 cteres illos, literarum scilicet varias figuras excriberem. In  
 secundo quippe tractatu, in quo de lapidibus p̄ciosis lo  
 quitur Raziell, reprobata illorum opinione qui dicunt, vi  
 ginti duas literas, de quibus ibi loquitur, à Camaliele fuisse  
 inuentas.

DIVERSARVMQ. LITERARVM. 203

inuentas. Angelū Raphiel, in libro qui dicitur liber ignis, illas Adæ Protoplasto dedisse scriptas asseuerat, & ob id filios Adam eas recusare non posse. Quarum quidem literarum figuræ, & nomina sunt infra scripta, videlicet.

𐤀 𐤁 𐤂 𐤃 𐤄 𐤅 𐤆 𐤇

Hhet. Zain. Vau. He. Daleth. Gimel. Beth. Aleph.

𐤈 𐤉 𐤊 𐤋 𐤌 𐤍 𐤎 𐤏

Ain. Samech. Nun. Mem. Lamed. Caph. Iod. Teth.

𐤐 𐤑 𐤒 𐤓 𐤔 𐤕 𐤖

Thau. Sin. Res. Coph. Zadai. Phe.

¶ Posuit autem ibidem Raziell, dictarum literarum interpretationem, atq; virtutem, alio prorsus quam beatus Hieronymus, & diuerso posuerit modo, de qua sane expositione, nullam omnino faciendam esse curam censeo.

¶ Ex varijs præterea qui Solomoni attribuuntur libris, & interprete eius Apollonio infra scriptos literarū characteres, & Hebræorum alphabeta desumpsimus.

𐤗 𐤘 𐤙 𐤚 𐤛 𐤜 𐤝 𐤞

Hheth. Zain. Vau. He. Daleth. Gimel. Beth. Aleph.

𐤟 𐤠 𐤡 𐤢 𐤣 𐤤 𐤥 𐤦

Ain. Samech. Nun. Mem. Lamed. Caph. Ioth. Teth.


𐤧 𐤨 𐤩 𐤪 𐤫 𐤬 𐤭

Thau. Sin. Res. Coph. Sade. Phe.


¶ Aliud

# APPENDIX MVLTARVM

## ¶ Aliud alphabetum.




¶ Non mireris charissime lector, si in hoc alphabeto, tria Phe, & duo Zadich, scripta inueniuntur, ita enim in libro vnde sumpta sunt eodemq; ordine reperiuntur.




¶ Et si Indorum literas, siue literarū characteres & formas iam diu Ioānes Potken publicauerit, vt in priori nostra introductione retulimus, non ab re tamē fuerit Indicū etiā aliud alphabetum ex prædicti Antonij de Fantis libris extractum, & Hebræorum more scriptum, ac nominibus Hebraicis notatū, in præsentia addere, pro vt compertum est, & tale quidem est, vt sequitur.

¶ Aliud


¶ Aliud alphabetum Indorum.

  
 hhethu. zaiu. vvauf. he. dahlezthu. game lie. bethu. alephu.


  
 e. sachmuncheth. nun. memim. lamedu. caphu. iodu. tethu

  
 Thatuuo. sahnun. resu. cophu. zacde. pfe.

¶ Assyrias, siue Syriacas, aut Phœnicum quoq; literas ordine literarum latinarum cum nominibus earundem scriptas reperi, quas hic quoq; addere visum fuit, vt sequitur.

  
 Aluz. Bem. Cem. Dimi. Ethimi. Fetim. Gith. Huth.

  
 Iothim. Kauū. Lathim. Moni. Nichoi. Oliph. Phisai. gnū

  
 Rophi. Sith. Toth. Vr. Xith. Yn. Ziph.

¶ Nec mirandum hoc loco censuerim, quod istorum literarum tot numero sint. Quādoquidem & si Græcos à Phœnicibus, & maiores nostros etiam ab exteris literas, non tamen tot numero primū, quot nunc habet accepisse ab autoribus relatum fuerit. Potuerunt nihilominus etiam isti, sicuti & nostri, & Græci, suis literis alios addere characteres, quos qui præsens scripsit alphabetum, longo potuit temporis

## APPENDIX MVLTARVM

poris tractu didicisse, & posteris cōmunicasse. Additū erat & in eodem quoq; loco, Saracenorum aliud quoddā alphabetum, & non sine literarum nominibus, & nota per quam comprehendere merito possumus, cum quibus nā nostris literis elementa illa conueniant, & recto cum superioris alphabeti ordine, eademq; ferè scribebatur quadra hoc inquam modo.

a	b	c	d	e	f	g	h
N	B	I	Δ	Μ	Υ	*	ρ
alemon. bendi. cathi. delphim. ephoti. foiti. daipoi. hethim,							
i	k	l	m	n	o	p	q
N	L	χ	ρ	Δ	τ	N	Δ
ioithi. kithi. lechim. malathil. nabelothi. oithi. porzeth. qto-							
r	s	t	th	u	x	y	z (lath.
Μ	Ρ	Υ	Η	Α	Π	Ι	Υ

rasith. salathi. tothimus. vatolith. xiroom. yarointh. zocium  
**¶** Paulo ante diximus Aegyptios, præter hominum ferarumq; & aliarum rerum imagines, quibus pro literis vsos fuisse, siue etiam in præsentia uti, omnes referunt autores, & res ipsa ante oculos posita demonstrat, alias quoq; literarū formas habere. Quas ego cū illarum nominibus, ad nostrarum literarum normā notatas, pro ut in antiquis libris reperi, hic fideliter cōmunicabo, Quis vero illarum. inuestigator fuerit, siue Mercurius Deorum nuntius, siue alius quispiam, inuestigēt diligentius, qui curiosus illud scire desiderant, alphabetum vero ipsum, tale est, ut infra.

**¶** Alphabetum

Alphabetum Aegyptiacum.

a b c d e f g h

A J V Y ZS P Z H

athomus. benithi. chinoth. didaui. eni. fin. gomor. heletha.

i k l m n o p q

J H V S. A O A B

iamin. kaita. Lazamin. Miche. Nain. olelath. pilon. quyn.

r s t u x y z th

Q W V A X Y Z Ø

irim. sichen. tela. vr. xiron. yph. zain. thou.

Aliud alphabetum Aegyptiacum.

a b c d e f g h

A J A N S T G A

athoin. binthin. chinoth. dinayn. eny. fin. gomor. heletha.

i k l m n o p q

P H V S L O Q P

iamin. kaita. luzain. miche. naym. obeleth. pilon. qyn.

r s t u x y z th

A S F J X Y Z Ø

iron. sichen. thela. vr. xyron yph. zain. thou.

Hetrufcos, Volscos, Oscos, literas varias, dicēdiq; variū stilum habuisse, muli prodiderunt, nec hæsitantū fore crederem, etiam ab his qui vel summis (vt aiunt) labris, literaz;

Ff addita

## APPENDIX MVLTARVM

addita tetigerūt. Quin, vt de Hetruscis loquar, etiā Tarsuntis sepulchrum, cum insculptis vndiq; Hetrusis literis, alias Volateris inuētum testatur. Quarum vero gentium propria fuerint elementa, seu literarum notę, quę in tabulis æneis Eugubij cōseruantur, nullus adhuc (quę viderim) clare asseruit. Hetruscorum tamen alphabetum, in varijs libris, ac Italiz bibliothecis, vario quoq; modo scriptum reperiri. Alibi enim à dextro in sinistrum latus scriptum videt. vt infra.

↙	◊	8	E	R	Z	∩	R
h	g	f	e	d	c	b	a
Δ	H	◊	N	M	J	I	\
r	p	o	n	m	l	k	i
∞	∟	Y	Z	X	V	∟	7
il	ch	z	x	u	t	s	

¶ Quod quidem alphabetum proximis his mēsis ad me cum suis Epistolis è Bononia excellēs Iureconsultus, & in humanioribus, atq; politionibus literis plurimum versatus, Iulius de Iulijs Canobinus misit, & illud à Ioanne Achillino, nobilifanè, atq; humanissimo Bononiēsi ciue, scripsit habuisse. Qui vero subscribuntur Hetruscorū characteres, ex libris prædicti Philosophi Taruisini, fuerunt desumpti, & cum non paucis exemplaribus alijs cōformati. Latinorum vero more à sinistro in dextrū latus scribuntur. Tanta autem & talis inscribendo, vnde processerit varietas, videre nequeo. Coniectentur vero alij melius.

¶ Aliud

¶ Aliud Hetrufcorum alphabetum.

◊	∩	∩	∩	∩	∩	∩	8
a	b	c	d	e	f	g	h
E	R	Z	C	R	L	Y	Z
i	k	l	m	n	o	p	q
X	V	R	L	Δ	H	Ɔ	Ɔ
r	s	t	u	x	y		

¶ Promiserat, cum adhuc Ferrariæ essem, Nicolaus Franciscus Germanus, de quo in præcedenti introductione mentionem feci, alphabetum Gothorum, & libros aliquot illius gentis historiam continentes, se mihi daturum. Quo eorum quoque literas, seu literarum formas, in hoc nostro libello, cum cæteris immiscere possem. Quæ omnia dum multo tempore expecto, aliunde mihi non inde expectati obueniunt. Bona fors, ad Vicentinum Generale Concilium proximis his mensibus profecturus, Reuerendissimus Ioannes Vpsalensis Archiepiscopus, genere Gotthus, Bononiã venit. Casu à Iulio Canobino visitatur, interloquendum post multa hinc inde inuicem dicta (vt fieri solet) etiam de literis Gothicis sermo habetur. Rogatus interim Archiepiscopi scriba, Gothicum alphabetum, cum latinis sibi respondentibus literis, suppresso tamen elementorum nomine scripsit. Quo impetrato, voti mei iam cõsciuss Iulius, cū suis mihi directis Epistolis, è Bononia Papiam, vnã cum superius descriptis, Hetrufcorũ literis misit. Quo ordine illud scriptũ recepi, eo nunc vobis charissimi lecturis exhibeo.



## APPENDIX MVLTARVM

beo. Hi vero γόττοι, ( vt Stephanus ait, & φακαίος ποιητένιος. meminit, ) ἕνως πάλαι οὐκῆσαν ἐν τῷ τῆσ μακρίτισθο, ὃς εγεν, ἀκείσ, τῆν ἐν τῷ ἱερῆκῆσ μετατέθησαν, Quanta gens ista latinis literis, & vniuersæ Italiæ, intulerit mala, Romanæ vrbis ( vt cætera taceam ) ruinae docent. De quibus plura loqui non est præsentis considerationis. Alphabetum vero illud tale erat.

Α	Β	Γ	Δ	Ε	Ζ	Η	Θ
a	b	c	d	e	f	g	h
Ι	Κ	Λ	Μ	Ν	Ξ	Ο	Π
i	k	l	m	n	o	p	q
Ρ	Σ	Τ	Υ	Φ	Χ	Ψ	Ω
r	s	t	u	x	y	z	&
Αυ	Ευ	Ει	Οι	Οε	Αε	Diphthongi.	

¶ Ceteræ i copiosa illa Antonij de Fātis Taruifini libroꝝ multitudi-  
 ne, magnū sanè volumē repertū fuit. In quo abdi-  
 ta quā plurima, & satis abūde curiosa, tā ad Philosophiam,  
 Medicinā, & Herbarꝝ notionē, quā etiā ad Astrologiam,  
 Geomantiā, & Magiā ptinētia, cōtinebātur. Et in eius præ-  
 cipua quadā parte tractabat de thesauris, per totū ferè orbē  
 recōditis, atqꝫ latētibus, quorꝫ admodū clara atqꝫ specifica  
 notio haberi poterat. Oīa vero literis erant adeo ignorabi-  
 libus scripta, vt etiā ingeniosum quemlibet à lectione facile  
 deterrere, atqꝫ remouere potuissent. Sed tū mihi Aesopici  
 apologi memoria subijt, Vulpis, scilicet & Leonis. Cū. n.  
Vulpes,

Vulpes, Leonem, primū intuita fuisset, tali vsq; adeo timore correpta est ὡς μικρὸν καὶ ἀποθαίειν, Secūdo illum cum vidisset, timuit quidem non tamē ὡς τὸ πρότερον, Cum vero ipsum tertio conspexisset, tātum audatiæ sumpsit ὡς καὶ προσελάθησά διαλαχθῆναι, Sic mihi profecto in illius libri primo cōtiguit aspectu, vt de lectione quidē illius & intelligentia ferme despauerim. Sed anxio animi desiderio noua semp aliqua perferendi, cōmotus. Cum secūdo legere temptassem, in spem certe aliquam intelligendi cœpi memet conijcere. Tantumq; & tertio accedēs, diligenti cura, sollicita indagine, frequētū assiduaq; characterum illorū reuolutione effeci, vt illius apologi ἐπιμύθιον, verissimū fore exptus sim, ὅτι δὴ ἠσυνήθεια καὶ τὰ φοβερά τῶν πραγμάτων ἐνπρόστια ποιεῖ, Ex illis enim ignorabilibus literis, alphabetum excerpti, & quæ in libri cortice latere videbātur, ad intelligendū puia, & remoto velamine intellectu facilia visa sunt. Nā & si ignorabilibus scripta essent literis, latina tñ vocabula erāt, & dictiones nobis notæ, non secus atq; si quispiam Græca nomina latinis, aut latina Græcis scribere contenderet literis. Alphabeti autem figurę tales erant nostris literis rñdentes.

q	Ϛ	ϣ	ϛ	Ϟ	ϙ	ϛ	Ϟ
a	b	c	d	e	f	g	h
ι	ϛ	λ	μ	ν	ο	π	Ϛ
i	k	l	m	n	o	p	q
ρ	σ	τ	υ	ϙ	ϙ	ζ	ϙ
r	s	t	u	x	y	z	

EQ uomodo

## APPENDIX MVLTARVM

**¶** Quomodo autē, qua ve rōne, quę supra pxime scriptę fuerūt literę, duodecim cœlestibus Zodiaci signis, ac septē errantibus stellis, siue planetis, ab autore libri tribuant, aut quę cum Geomanticis figuris, bicorporis nimirum, siue singularibus, & simplicibus conueniant, & quę nam lætitiā, aut mœrorem. Effusi sanguinis ruborem, aut cādidi Oloris albedinem. Tetrici carceris squalorē, aut capularibus etiam senibus inuisi pheretri formidinem. Populosum vndiq; per viarum anfractus, irruentium atq; vndatium concursum. Aduersam præterea, prosperam ve fortunam. Impuberes pueros, & formosas inuicē ludentes puellas. Rerū ac persicę gazę acquisitionem, siue iacturā, atq; opum naufragium. Capitis, & extremę immanis Caudę Draconis, tortuosam reuolutionem insinuēt. Quę ve ex his, horis, diebus, mensibus, vel annis, cōueniant. Aut quę nam elementa, quos ve rursus humores representent, quia ad præsentem nostrā hęc traditionē spectare nō credimus, iure iccirco merito prætermittēdum duximus, satis fore arbitantes, quod literas ipsas hætenus ignorabiles, notas fecimus, & cum latinis nostris conformauimus.

**¶** Longobardorum, Vtopiensiumq; literas, & scribendi modum in præsentia publicare distulimus. Sperantes prope diem quā plurimā alia diuersorum characterum alphabetā (quę apud nos recondita sunt) in lucē edere. Expectantes quoq; literarum differētium genera alia ad manus nostras ventura. Quandoquidem non videatur omnino hæsitandū esse, varia reperiri in dies scribēdi genera. Quū tot nostris temporibus incognitę christianis hætenus gētes, tot insulę, tot populi, tot alia cœli climata, tot nō amplius à nostris

à nostris velificata, & ( si dici potest ) sulcata maria, tot varieg hominum nationes cernantur, quæ cum varijs loquantur linguis, varios quoq; ad insinuandos absentibus, animoꝝ conceptus habere scribendi modos, diuersas notas, diuersos characteres, literarum quoq; difformes apices, nec non Ziphrarum multiples formas possidere facile existimandum est. Nam si ( vt Thimosthenes prodidit ) in vnam tantum Dioscoridem, claram quondam Colchorum Urbē, iuxta fluuium Attamonta sitam, Tercentæ nationes, quæ dissimilibus linguis vterentur, vere descendere p̄sueuerint, & postea à nostris ( vt refert Plinius ) Centum triginta interpretibus negotia ibi gesta sunt. Quis non facile asseuerauerit, etiam nunc ex tam latis orbis finibus, confertos literarum manipulos, ad nos quandoq; prouenturos. Vidi ego cum Romę essem, sub Leone eius nominis Decimo Pot. Max. Metropolitę *Μεγαλνοῦ Ἱερουσόου*, Epistolas, Græcis quidem, sed à cōmunibus admodum differentibus, literis scriptas, cum sigillo, in quo diui Georgij martyris, imago impressa erat, ( illius enim gentis vexillum esse dicunt, ) & subscriptione manu ipsius Metropolitę scripta, cum literis vsq; adeo tortuosis, & in nodi Herculei modum Capreoꝝ latim intextis, vt vnde principium caperēt, & finem omnino facerent, nec lynceis quidem oculis quisquam cernere potuisset. Literarum quippe illarum lineę, eo modo altera super alteram ducebātur, vt nec Ioānis Antonij Taiantis, phātaistica litera, sic perplexa, atq; inuolucris varijs irretita, videatur. Illas Macharius Chius, ordinis sancti Basilij monachus, q̄ apud me Reuerēdissimi tunc Cardinalis Sauli contemplatione, in Canonica nostra Diuę Marię Pacis de Vrbe

## APPENDIX MVLTARVM

de Vrbe, tunc temporis hospitabat, & cui literę dirigebantur, quamuis Gręcus, & in literis Gręcis, atq; Arabicis diu versatus, nisi deferentis Iberi auxilio fuisset adiutus, vix vnęquam intelligere potuisset. Literarum sanę illarū formas, ac Metropolitę illius subscriptionē, multis quamuis tricis intricatam, in hac nostra traditione impressam viderēt potsteri, si non illā, patrię infęlicis meę immanis illa ac semper deflęda calamitas, extremūq; exitium, mihi cum reliqua librorum numerosa suppellectile abstulisset.

¶ Varias etiam atq; differentes esse Punicorum, siue Arabicorum elementorum formas, ita clarum esse suspicor, vt probatione non sit opus, sunt quippe mihi plus quam triginta librorum capita, tum parua, tum magna, & volumina duo quę explicata ad quinq; ferę brachiorum longitudinem se extendunt. Ita diuersis atq; distātibus literarum scripta figuris, vt non parua sit in legendo difficultas. Sicuti videmus etiā in latinis nostris, in quibus tanta est aliquando differentia, vt coniectura oīo opus sit in earum lectio-  
ne, qui enim in Italicis varijs literarum figuris tantum versatus fuerit, non sine difficultate Germanorum, Galloꝝ; Hispanorum ve, aut etiam Anglorum scripturam, vel etiā mercatorum multorum characteres, quamuis latini sint, legere poterit. Sic & in Arabicis, & Punicis. Et quod de literarū diuersitate diximus. Idem & de Grāmaticalibus pꝛęceptionibus facile arbitrādū est. Quę aliter Tartari, aut Persę, & Turcę. Alio modo Punici, Numidici, & Bęsthi Grammaticalia doceant. Vt cernere possunt qui monachi illius (qui post Granatę Regnum, ab Hispaniarū Regibus captū, Grāmaticas statim pꝛęceptiones Arabicas scripsit,)

**Q**uid vero characteres illi insinuarent, quam ve respō-  
sionem ad quæsitā redderent, scire oīno non curavi. Quā  
doquidem vanas Magorum superstitiōes, & somnijs simi-  
lia deliramenta, naturali quodam semper odio persecutus  
fuerim. Nec mihi quispiam persuadere vnquam potuerit,  
vt talia placerent. Non enim me latuit, huiusmodi nequam  
spiritus, suis semper cultoribus, laqueos tendere, vt irreti-  
tos in perniciem trahant. Exemplo nobis iamdudum esse  
potuit (vt multos prætereā) antiquus ille Simon Magus,  
qui Apostolorum temporibus misere interijt. Et in presen-  
tia hic, de quo loquimur, qui paulo ante, cum se rei militari  
totum dedisset, ac sub eius vexillo armatos tercentos, siue  
quadringētos duceret pedites, in rusticorum semel manus  
incidit. Qui tot illum ferris tridentibus (quot inuocatus  
Amon, in suis characteribus effinxerat) appetētes, percussē-  
serunt, vulnerauerunt, transfixerūt. Et tricipiū apud inferos  
Cerberō consignandum, multis vndiq; lætalibus cribra-  
tum vulneribus, exanime tandem corpus illius reliquerūt.  
Verum cum in dignoscendis variarum linguarum chara-  
cteribus, ac literarum figuris, propenso semper animo ver-  
sarer, nolui etiam hoc scribēdi genus, prætermittere intactū,  
& rogātū Postello impartiri. Qui mihi, quod illius in hac  
Appendice, epistolas ediderim. Quod mutua inter nos  
colloquia, & cōmunicata cōsilia narrauerim. Quod cœ-  
pisse me prius edere opus meum recensuerim, non iure suc-  
censere poterit. Quis enim mihi iure succenseat? si tam lō-  
go studio, tam insanis sumptibus, tam arduo, & Theseio,  
vel Herculeo potius opere, atq; labore inceptū, & iā iam  
exanclatū opus ab alio (nescio cuius gloriolæ gratia) tē-

Hh ptatum

## APPENDIX MVLTVM

ptatum præoccupari cōspicatus, meorum laborum ( vt sic dicam ) catalogum descripsi . Et si, quod operis mei partē Caluo tanto tempore cōmendatam, ad hunc vsq; diem recuperare non potuerim, indolui, & contra meos labores, aliquid fortasse, etiam ab alijs machinatum iri suspicatus fuerim: cur T neleo, q̄ multiplices olim labyrinthi anfractus, & immanis ora monstri euadere potuit, excandescere, & iam hos, atq; omnigena inuectiuarū genera minitari, opus est. Non enim propter hoc mercatoris fidem diminui, nec illius fidei detraxi. Sed cōquæstus sum, quod vel astutia, vel potius ( vt illi oīno credā ) sui negotiorū gestoris negligētia, & mercator ipse, probatæ aliās fidei, & Ambrosius sua spe frustraret. Proinde tales sua fulmina mittat . Nec chartas maculet, effusi tabe veneni. Quin potius studeant, rempublicam literariam, quibus possunt, possunt sanè, plurimis, auxilijs iuuare, & suppetias iungere, ac meliora semper ad cōmunē studiosorū vtilitatē i lucē edere. Ego vero interim bonorū oīum viorū, ac studiosorū, & vtriusq; p̄cipue Caluui, amicitia nō recusabo. Taliū enim semper consuetudine delectatus sum. Quorum etiam gratia, tot literarum generā, in præsentī nostra Chaldaica, Syriaca, atq; Armenica introductione, & adnexa appendice in lucem dedi. Plura daturus, si mō ista placuisse cognouero . Et misericors Deus pro sua benignitate concesserit.

**C**Excudebat Papiæ. Ioan. Maria Simoneta Cremonens.  
 In Canonica Sancti Petri in Cælo Aureo. Sumptibus & Typis, Auctoris libri. Anno à Virginis Partu . 1539 . Kal. Martij.







**C**In opere tam vario mendas omneis omnino cauere nō potuimus. Annotauimus in aliquibus quædā, cætera benignus lector æquo animo restituet.

**C**Folio 1 3 linea 4 adnexueris, lege adnexueris, facie 2 lin. 2 4 videatur, fol. 1 4 lin. 4 ductu, lin. 2 3 Non prius, facie 2 lin. vltima, amephoras, fol. 1 5 lin. 4 sentirent, ingenue explicarent, lin. 5 esset. Illi autem, Vna voce, linea. 2 2 erinnis, fac. 2 lin. 9 discerpuntur; lin. vlt. Psalterij, ibidē, in cineres vulcano, fol. 1 6 lin. 1 7 legendū, & Armeni ( vt copiose à nobis demonstrabit, ) fol. 2 4 lin. 9 tam latinū, in litera. g. fol. 4 7 scribe 2 7 fol. 3 3 fac. 2 lin. 1 9 varijs foraminibus à tergo, fol. 3 5 fac. 2 lin. 1 8 deuenerit, fol. 3 9 fac. 2 lin. 6 & q̄ eorū, fol. 3 7 lin. 6 viscosus. linea 1 6 geniti sint fari nesciāt, fol. 3 8 fac. 2 lin. 9 sbaqthoni, li. 1 5 sabachthani, lin. 2 1 Astutz Astuzz im naieazt arh is, iendier thoglier, fol. 3 9 lin. 4 deus meus intēde mihi, fac. 2 lin. 2 1 Hebraice, ibiē, & Chaldaice, fol. 4 0 fac. 2 lin. vlti. & ab ipsis p̄ somchath, fol. 4 1 fac. 2 lin. 1 6 Babel & Syria, fol. 4 2 lin. vlti. cū patha, fol. 4 3 lin. 5 vt satis infra declarabit, lin. 2 5 Græco, cappa, fol. 4 4 lin. 1 5 b̄subhho, Zmaru, fol. 4 5 lin. 6. **Q**uartadecima cōsonās, fo. 4 6 lin. 6 vt. 1 8 Ogdoade fol. 4 7 lin. 8 neph lun, fac. 2 lin. 9 Et quū oēs, lin. 1 2 raphatū p̄ferāt, ibidē, desinentis, cur solus, fol. 5 0 fac. 2 lin. 1 5 insinuās, si optatū fol. 5 1 linea 9 Et ad numerū, fol. 5 2 fac. 2 lin. 3 valgdranij, ibidem, vphlistijn lin. 2 5 vel dathan, fol. 5 3 fac. 2 lin. 8 Q̄uiter, lin. 1 6 ~~recedat~~ <sup>recedat</sup> ~~is~~ <sup>is</sup> ~~for~~ <sup>for</sup>, lin. 2 7 id recte, nescio, fol. 5 4 lin. 2 4 sed tandē, fol. 6 0 fac. 2 lin. 1 6 in præsentia, fol. 6 1 lin. 7 vt plurimū, lin. 1 0 redūdās est, lin. 1 8 tā etsi. li. 2 7 nullius,

Hh ii fol. 6 2



## ERRORES EMENDATI.

fol. 6 2 lin. 1 1 huiusce, lin. vlti. Atheniensis ille, fac. 2 li. 2  
 quū dicere, fol. 64 lin. 1 1 respiciat, fac. 2 lin. 1 7 vniuersa  
 quæ habet, fol. lxxv. lin. xi. . faci. ii. lin. iii.   
 lin. vlti. vt dicat,  fol. lxxvi. li. vii. bema fecna,  
 lin. 1 5 quod licet sibilās, lin. 1 7 sibilus, tñ apud, lin. 1 8  
 incipit, lin. 1 9 cognoscit, fol. 67 lin. 1 0 linguæ notione,  
 fol. 69 lin. 2 8 vigesimo secūdo. fol. 71 fac. 2. lin. 1 3 dar  
 gessatum. fol. 72 fac. 2 lin. 1 3 zedguuna, lin. 2 1 vaticra.  
 fol. 74 fac. 2 lin. 1  Badad, lin. 1 7 Buch, fol. 75 lin. x  
 positū videat punctū. lin. 1 3 Gomal vero. fol. 76 lin. 2 6  
 & sicut. D. fac. 2 lin. 5. vtrunq; Teth. fol. 78 fac. 2. lin. 2.  
 Istunc, fol. 79 lin. 9 pluralē quomodo numerū, lin. 1 1  
 significant, fol. 80. lin. 9. Maiestas, fol. 81 fac. 2. lin. 3 ha  
 bemus. Per Odom, lin. 1 6 hac, fol. 83 li. 2 2 grauis, lege  
 acuti, fol. 85 lin. 1 3. sequēs lam. lin. 2 7 acuti vel graues,  
 fol. 90 fac. 2 li. 9. Bahhuoch. fol. 94 li. 1 6 vasilitoneiho.  
 fac. 2 lin. 1 0 indicans, lin. 1 4. Rachsa, fol. 98 lin. 1 3 tra  
 ditionibus. fol. 104 lin. 2 3 substituēs. li. vlti. esset facturus,  
 fol. cv. lin. xxii.  lin. xxiii. cul damfabrin. fac. ii.  
 lin. vi.  fol. cvii. lin. vi. quod quarto die. fol. cix.  
 fac. 2 lin. vlt. format. fol. 1 1 1 li. 1 5 inuetā gētiles phibēt.  
 fol. 1 1 2 lin. 5 Vmoscau, fol. 1 2 0 lin. 1 6 althlag, lin. 2 0  
 Algnam. lin. 2 1. Algnam, fol. 1 2 3 lin. 2 1 Emphron.  
 fac. 2 lin. 2 2 dextrum, fol. 1 2 4 lin. 2 1 keratom, fac. 2 lin.  
 vlt. habet, fol. 1 3 2 fac. 2 lin. vltima, Iamin tlin, dies tres, &  
 Iauin rabigain, dies quatuor, &. fol. 1 3 3  
 lin. 3 aliaumi, fol. 1 3 4 lin. vlti. vbi scriptū est 1 6. 1 7. 1 8  
scribe



## ERRORES EMENDATI.

linea vlti, in fine, vbi dicit, ¶ Est etiã, lege, ¶ Adam nũc.  
fol, cxcvi, facie, ii, lin, xviii, l2, ϩϩϩϩϩϩϩϩ, fol, cxcix, lin,  
xvii, defferẽda, fol, ccii, fac, ii, lin, xviii, & Astrologi, lin,  
xxiiii, nostris traderẽtur, li, xxy, peruenerãt, fol, ccix, lin,  
8 hẽat, lin, 2 6 fœmininog, fol, 1 1 o li, 1 5 Vocatiui, a, ya.

¶ Literarum vero inuersiones, & non obseruatam sæpe  
numero orthographiã, lectori partes aliquas relinquẽtes,  
in præsentia aliter notare non curauimus.

## REGISTRVM HVIVS OPERIS.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. k. l. m. n. o. p. q.

r. s. t. u. x. y. z. A. B. C. D. E. F. G.

H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V.

X. Y. Z. Aa. Bb. Cc. Dd. Ee. Ff. Gg. Hh.

Omnesunt Duerni.















